



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Ignatii Loiolae Vita Postremo Recognita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

IGNATII  
LOIOLAE  
VITA

POSTRE-  
MORCO-  
GNITA.

CLAVDIO  
AQUAVIVAE  
PRAEPOSITO GE-  
NERALI SOCIE-  
TATIS IESV



Ioannes Petrus Maffei S. D.



VAE parens & conditor veneranda-  
tis Ignatii, anchorae ac ducis Dogmata  
interius, ea profecto digna sunt, in  
bus commendandis immortalitati, scri-  
ptorum omnium certe industria. Ad  
licet fuit causa, cum in eo munere alij non sine gloria  
& ingenij laude versati sint, cur ego quoque, delatum  
ad me à Patre nostro Euerardo nonnullam huius  
vinciae partem, neque ita gravatè receperim, & recepim,  
si minus cum apparatu & copia, certe cum fide & aequo  
Deo adiuuante confecerim. Nec sane dubium, quin  
talem mihi laborem iniunxerat, huic potissimum labori  
eius & opera fructus ac prima libamina deberent.  
Nunc, quando priusquam in vulgus exiret, dicitur

nes mea, ad beatos ipsius Ignatij complexus, vti spera-  
 mus, ille decepsit; ei nempe qui in vtriusq; Praepositi locum  
 & curas nutu diuino successit, optimo iure dicande fue-  
 runt. Ac tibi quidem, Pater humanissime & optime, in  
 praclarum illud exemplar dies noctesque inuenti, mini-  
 me dubito quin opus hoc quaecumque, gratum accep-  
 tumque futurum sit. Cateris vt perinde iucundum  
 ac fructuosum accidat; nimirum, ab IESV,  
 tuis incensis officio & caritate pre-  
 cibus & sacrificijs impe-  
 trabis.

f 2

IGNA



# IGNATI VITÆ LIBER PRIMVS.



Ortus eius, & educatio. Cap. Primum.



**I**n ea Hispaniæ regione, quæ ad Pro-  
nau pertinet, ac vulgi sermone Gu-  
puzcoa nominatur, in primis clara est  
Loioleia familia. Eius familie pre-  
ceps Bertramus, Ognis & Loiole do-  
minus, quæ loca sunt in finibus vrbis  
Aspeithiæ, in matrimonium dedit  
Marina Sone, æquæ clari generis scemina, quæque sus-  
cepit ex ea filias, filios octo: quorum minimus natus  
Ignatius is, quem Societas Iesu parentem agnoscit: ve-  
lius de vita & moribus, quæ nobis fuerint comper-  
ta, in vnius Dei gratiam gloriamque litteris mandare de-  
creuimus. Hisce ergo parentibus natus Ignatius in Hi-  
spania Fernando & Elisabetha, cognomento Catholica.  
Ac de prima ipsius puericia id vnum constat, haud in le-  
uera disciplina educatum à suis fuisse; atque ad ipsius in-  
cunabulis, vt in opulenta domo, profanos admodum ha-  
sisse spiritus: deinde litteris vix dum à limine saluatis,  
cùm esset eximia & animi & corporis indole, coronatus  
in Fernandi regiam à patre missum, veteri Hispania mo-  
re, quo in regno principum liberi ea fere condicione ac-  
iure nascuntur, vt maximus ætate dumtaxat in patrum o-

nio imperioque succedat; reliqui, siue ad acuendam gen-  
 tis industriam, siue ad familiarum splendorē in vno capite re-  
 tinendum, portiuncula quadam hereditatis aspersi que te-  
 nuem in victum cultumque sit satis, vel studiis doctrinae mi-  
 litariue dant operam, vel aulae regumque praesidio ad opes  
 gloriamque nituntur. Hic ille cum honorarios inter  
 ephebos aliquandiu apparuisset, aulicis imbutus moribus  
 ad Antonium Manricum sese contulit Naiarensium ducem,  
 eius, quos in Hispania magnates appellant; quo cum Lo-  
 ioletae genti necessitudine vetus intercedebat. Atque apud  
 hunc domi forisque in honore habitus, rei militaris ty-  
 rocina posuit: & quod eius ferme vsu venit, qui nondum  
 caelestes delicias degustarunt, id ipsum Ignatio contigit,  
 ut ardenti laudis humanae studio, & communis consue-  
 tudinis impetu abreptus, cum esset in corporis ornatu e-  
 legantissimus, equorumque, & armorum vsu praecelle-  
 re, quod sibi datum fuerat temporis ad negotiationem  
 salutis aeternae, id ille miserabiliter, ut plerique mortaliū,  
 partim in factionum rixarumque periculis, partim in a-  
 matoria vanitas, & caetera saeculi vanitate consumeret.  
 Verumtamen inter eiusmodi vitia, & caecos errores, praec-  
 clara quaedam emicabant bonae ac religiosae mentis in-  
 dicia. Primum enim in tanta licentia militari, tamque corru-  
 ptis hominum moribus, quamuis animo consternatus esset  
 interdum, & multis vndique cinctus angustiis; nulla tamen  
 ipsius atrocior vnquam audita vox est, quales multae a  
 nefariis hominibus in Deum, ac Dei prouidentiam vulgo  
 iactantur. Nec solum ab omni verborum impietate sem-  
 per abhorruit, sed etiam sacra omnia sacrorumque an-  
 tiquitates naturae perpetuo instinctu admodum religiosae  
 reuerentis est. Erat praeterea intactus ab avaritiae sordibus,  
 & a lucri cupiditate vehementer alienus: quod cum alias,  
 tum vero in expugnatione urbis Naiarae, quae in Canta-  
 briae finibus est, perspicere potuit: quam iure belli, cum dux  
 militum diripiendam dedisset; Ignatius, quamuis ad ipsum  
 victoriae pars non exigua pertineret, tamen nec praesen-  
 tis praedae dulcedine, nec caeterorum exemplo adduci po-  
 tuit, ut sese alienae rei contactu pollueret; non Christiano  
 solum,

solum, sed etiam ingenuo homine id indignum tribu-  
mans. Quae ipsius altitudo animi in priuatis quoque  
sidijs ac similitudinibus eminebat, ut si quando ex certamine  
dignitatis (ut fit) ad manus pugnamque venisset, in  
eius reconciliatiōni daretur, illico vna cum armis odium  
omne deponeret, & cum inimicis in gratiam plane bona  
rediret fide. Neque verò eidem in magnis acutisque  
negotijs capessendis alacritas, vel gerendis coelestem &  
cautio deerat. quocirca inter quosdam Cantabrigia popu-  
los graui orta seditione, legatus ad eos à duce Nauarrae  
ui controuersias omnes magno partis virtusque costan-  
tia & approbatione diremit: ac licet iuuenis admodum  
esset aetate, in agendo tamen, tractandisque hominum  
ingenijs, iam tum senilis quaedam in eo maturitas appa-  
rebat: profusus, ut negotium nullum ferme susceperat, quod  
non ad optatum exitum sua lenitate ac virtute perducere-  
rit. quamquam ob imperitiam rerum diuinarum, haec  
tam egregia animi bona, & quasi talia non optime ex-  
hibebat interdum: ad hominum videlicet gratiam, ac sui  
ipsius incrementa ijs artibus vitis, quas ad vniuersi Debe-  
norem & gloriam omnino referri oportuerat.

*Conuersio eius ad Christum. Cap. II.*



VNC maximè in modum adolescen-  
tia, atque ipso aetatis flore conlump-  
to, cum annum ageret iam nonnullum  
circiter & vigesimum, à miserabili ca-  
rore, certoque aeternae vitae periculo  
in rectum salutis iter summo Debe-  
nificio reuocatus est. Tota enim e-  
ius conuersionis ratio fuit eiusmodi. Ardebat eo tempo-  
re Hispania intestini belli tumultibus: quam nactus oc-  
casionem Franciscus Galliae Rex, Navarrae Valiscom-  
quae Guipuzcoam attingit, Henrico Aliberto regno  
suo recuperanda, cuius pater ex eo regno Ferdinandus Ca-  
tholici armis olim exactus fuerat; Andream Ferris, reg-  
namento Alparorum, cum exercitu iussit in eas regio-  
nes impetum facere. qui celeritate visus, cui aliquot loca  
impe-

improviso aduentu cepisset; eumque nobilitas Henrici cupida ad Gallum sese quotidie adiungeret; Naiaræ dux, qui Nauarræ summo cum imperio præerat, eius rei fama commotus, in vltiorem Hispaniam ad auxilia contrahenda profectus est, Ignatio, paucisque præterea Pompeione custodiae causa relictis. Ac cæteri quidem, appropinquante Gallorum exercitu, magnitudine pedestrium & equestrium copiarum exterriti, & simul diffisi oppidanorum animis, tempori cedere, & urbem relinquere omnino decreuerant: Ignatius verò, multis verbis homines ab eo consilio reuocare conatus, vbi se nihil proficere hortando perspexit, ardentibus oculis detestatus ignaviam perfidiamque, spectantibus omnibus in arcem solus introijt, paratus illam cum aliquot in præsidio relictis omni ope tueri. quo virtutis exemplo permotus alius quidam Ignatij in studio bellicæ laudis æmulus, eandem aliam subiit: reliquis verò salus, quàm aut fides aut gloria fuit antiquior. Ventum deinde in consilium est à custodibus de summa rei: cumque in tanta propugnatorum paucitate contra tantas hostium copias negarent plerique locum obtineri posse diutius, ac seniorum præsertim sententiæ ad profectionem inclinarent; Ignatius, quo erat animi & corporis robore, quàm acerrimè sese rursus opposuit, remque disiecit. Interea Galli, resistente nemine, propius ad urbem accedunt, & magna ciuium voluntate admissi, castris ad arcem positis, præfectum præsidij ad colloquium euocant. Ille accepta fide, cum tribus dumtaxat egreditur, in quibus erat Ignatius; qui cum ab hostibus proponi conditiones iniquiores vidisset, exarsit nimirum, easque conditiones tam acri ac vehementi oratione cõmilitonibus dissuasit, vt ad extrema omnia perpetienda potius, quàm arcem deserendâ cunctos accedèrit. Nec mora: Galli omisso colloquio, acrius instare, tormentis mœnia quaterere, atque diruere; vndiq; ascensum tentare: Hispani cõtra, Ignatij præsertim exemplo atque adhortationibus incitati, fortiter sese defendere, subcunctè hostem gladijs, telis, cõtis arcere; quoad Ignatio ante alios dimicanti, globi vi excussus è muro lapis, lauam



laeuam haud ita grauius læsit tibiam; globus vniuersus  
 quamquam impetu refractio subsiliens, dextram atque  
 befactauit atque confregit, vt è vestigio semianima  
 nata mente corruerit. Tum verò debilitati animus erit,  
 & deditio facta. Ignatium porrò stratum, vel ad collige-  
 dam clementiæ famam, vel etiam virtutem in hoste  
 mirati Galli benignè suscipiunt, & in urbem exacer-  
 latum, in pristino hospitio collocant, medicisque ad-  
 hibitis, & rebus omnibus necessarijs diligentur cur-  
 rant. Huic Gallorum benignitati, pro sua animi mag-  
 nitudine egregiè respondit Ignatius. quippe tantum do-  
 rat, vt eos odisset, à quibus in illam calamitatem, vni-  
 que discrimen erat adductus, vt cum in lecto decumbe-  
 ret, singulos blandè comiterque compellat, omnia fere  
 sua in eos amoris causa diuiserit; atque hunc cippo, al-  
 lum pugione, alium thorace donarit. Interiectis denique  
 aliquot diebus, cum grauius laboraret quam videretur  
 posse sanari posse videretur; ad ceteram humanitatem  
 illud etiam additum à Gallis, vt Ignatium lectica Lou-  
 lam vsque (neque enim longè aberat) deportandum co-  
 rarent. qui peramantè à suis acceptus, cum ingrati-  
 te in dies morbo periculosius aegrotaret, accerati con-  
 stitit vndique medici, crure inspecto, seuerè pronuntia-  
 ossa illa, siue id prioris chirurgi vitio, siue iunctis ag-  
 tione contigerit, nequaquam esse bene locata: neque  
 verò, nisi ea coagmentatione denuò resoluta, frustisque  
 suo loco repositis, posse villo modo fieri vt coalesceret.  
 Qua tam acerba denuntiatione Ignatius minime exco-  
 ritus, non modò statim equo animo sese parum labora-  
 dit ad omnia subeunda, sed etiam inter ipsam exacer-  
 nem, quamuis esset asperrima, nullum aliud indicium  
 dit doloris, nisi vt coactos in pugnum digitos velle con-  
 stringeret. Ex eo die morbus maiorem in modum  
 auctus; cumque iam Ignatius omnes fere cibos haud  
 que stomacho fastidiente respueret, aliaque in eo con-  
 rentur lethalia signa; suorum admonitu, sacris que ad  
 expiandum animum pertinent, ritè procuratis, quibus  
 Petri Apostoli peruigilio, cunctis mercenibus, & docto-  
 rum

stus est, vt medici prorsus actum affirmarent, nisi ante  
 mediam eam noctem vis morbi remitteret. Venerabatur  
 iam dudum Ignatius præcipuo quodam cultu principem  
 Apostolorum: quin etiam eius laudes militariter olim  
 carmine Hispanico celebrauerat: cuius profectò piete-  
 tis fructum non exiguum tulit. siquidem illa ipsa decre-  
 toria nocte per quietem videre sibi visus est eundem  
 Apostolum, optatam sibi valetudinem diuinitus afferen-  
 tem. nec sanè in irritum ea visio recidit: quippe conti-  
 nuò leuari doloribus, ciboque refici est cæptus. Iamque  
 Dei beneficio periculum mortis euaserat, magnaque suo-  
 rum gratulatione melius habebat in dies: cum repente  
 animaduertit os quoddam genu sub ipso fedius promi-  
 nere: quod quoniam præter cætera incommoda impe-  
 dimento etiã sibi videbat fore, quominus graphicè quã  
 solet ac vellet, ocreatus incederet ( vt erat idem & pa-  
 tientia militari, & urbana munditiæ & elegantia appri-  
 me deditus ) percontatus est medicos, possetne villo pa-  
 tio deformitas tolli. qui eum respondissent posse vtique,  
 sed dolore omnium quos ad eam diem sensisset, maxi-  
 mo & acerbissimo, propterea quòd in eam sedem frag-  
 menta iam firmiter coaluerant, non dubitauit Ignatius  
 ingenti omnium vel admiratione, vel metu, concinnum  
 ac decorum corporis habitum anteferre manifesto vitæ  
 discrimini: secarique de sententia medicorum os iussit,  
 clariore etiam, quàm antea, fortitudinis ac patientiæ do-  
 cumento: quandoquidem in ea carnificina (quæ quòd læ-  
 tius, eò fuit horribilior) nò modò ligari tencriue se nò  
 est passus, verùm etiam, ijs qui aderant, pauore prope-  
 modum exsanguibus, ab omni prorsus querimonia ge-  
 mituque se ipse continuit. Post hæc, doloribus magna iã  
 ex parte mitigatis, nondum tamè gressu recuperato, nec  
 pedibus ad insistendũ idoneis, interea dum iacentis cor-  
 pus terrestres medici persanare conantur, eiusdem ani-  
 mæ vulnera curare medicus cælestis aggreditur. Cum e-  
 nim affixus lectulo Ignatius, fallèdi temporis causa pro-  
 phanũ quempiam librum poposcisset ex ijs, quos antea  
 perotiu lectitare consueuerat; diuino planè consilio fa-  
 ctum

Atum est, nullus ut eo tempore domi liber esset cen-  
 di: at verò longè meliores alij duo reperti sunt. His  
 eo sermone conscripti: quorum alterius, Vita Chri-  
 stianus (quo selecta virtutum exempla continerentur)  
 etiam flores, erat inscriptio. Ea videlicet lectio  
 initium attulit homini. Dum enim oblatos sibi libros,  
 varijs locis quasi aliud agens delibabat, sensim capere  
 cepit pulchritudine eorum quae scripta repererat: atque  
 adeo inter ipsam lectionem, ubi qui dicitur insigne cog-  
 noverat, subsistere, secum ipse delibabat. Quid si per  
 riu hoc sancti Domini facinus, quid si hoc sancti Pa-  
 tris, Deo fictus aggrediar? Neque verò, cum haec & alia  
 sibi multa proponeret, res occurreret vltima et ardua, tem-  
 que difficilis, quam non perficere se posse per  
 quadam alacritate consideret. Quae cum apud se  
 agitasset, emergebant rursus rerum inanium volun-  
 tes, & saecularia desideria: quorum se nonnullis ab-  
 manciparat, ut dum eorum vel adipiscendi rationem  
 exquirat, vel potiundi spem animo concipit, plures inter-  
 rim horas per imprudentiam in ea cogitatione & luxu-  
 hareret. Iamque priora illa propemodum exoleverat,  
 accensosque nuper igniculos pietatis, voluptuorum illu-  
 cebat, & perniciose rerum fluxarum blandimenta re-  
 stituerant; cum periclitanti seruulo diuina bonitas o-  
 pem celeriter afferebat, ex eorum videlicet recordatione  
 quae legerat, meliorem ei mentem, & consilia saniora sub-  
 mittens, atque in hac item commentatione tandem no-  
 rabatur, donec interuentu cuiuspiam, alio mentem auer-  
 sumque conuerteret. Hac ille vicissitudine, & quasi  
 sicutu dies aliquot mirum in modum exagrarat, quae  
 in eius pectore voluptas & virtus pene ex aequo con-  
 rent; contrarias in partes magna sua perturbatio de-  
 strahatur, incertus animi, hancine viam, an illam,  
 cum primum posset, insisteret. Veruntamen inter  
 nas fluctuantis animi propensiones illud intererat, quod  
 blandis illis rerum fluxarum imaginibus, quamdiu pre-  
 sentes obuersabantur, tamdiu titillabatur. Ignam men-  
 abeuntibus verò, succedebat illic a maris quidam ro-  
 por, & offi-

por, & ægritudo, & sibi met displicentis animi tædium. At contra, præclari illi ad Christianam laudem impetus, cogitationesque de adæquanda vigilantia & sobrietate sanctorum, de votiuis peregrinationibus, de victu cultuque in primis horrido & aspero; non modo cum aderant, animum insolita quadam iucunditate mulcebant, sed in recessu quoque, tristitia subeunte nulla, securum hilaremque præstabant. Sed enim tantum hoc ille discrimen, sæculi tenebris, occæcatus adhuc, hebesque ad subtiliora hominis interni iudicia, quasi ignotum quidpiam præteribat, quoad clariore demum oborta lux, mentis aciem accuratius in eam varietatem cepit intendere; ac denique non sine admiratione quadam animaduertit, ab illis cogitationibus, ut erant inanes ipsæ, sic se ieiunum & aridum, ab his autem, velut à pabulo salutarî, lætum vegetumque discedere: liquidoque perspexit, fucata & insidiosa voluptas quantum à vero & solido gaudio & suauitate distaret. Atque hanc primam de intimis animi sensibus motibusque rationationem habuisse fertur Ignatius: ad quam ubi maior deinde rerum diuinarum vsus accessit, tantam in spirituum discretione (quæ consummata sapientiæ virtus est) solertiam atque peritiam est consecutus, ut egregia etiam illius generis præcepta in eo libro, qui Exercitiorum appellatur, posteritati reliquerit. His ergo obseruationibus, & assiduis librorum monitis è lethali animæ veterno excitatus, anteactæ vitæ peccata, & infinitam in se Dei clementiam aliquando cepit agnoscere; nec solum de mutandis in posterum moribus, verum etiam de expiandis omni ratione delictis, placandoque numine, feruè cogitare. Atque in hanc deliberationem ingressus, denuò sese ad Christi domini, sanctorumque sectanda vestigia occulto quodam instinctu acriter sentiebat impelli, & eorum præcepta, qui in se ipsi quàm maxime duri ac seueri exsisterent, artium quippe spiritualium, & Christianæ philosophiæ rudis & ignarus adhuc, omnem ferè sanctitatis & officij perfectionem in asperitate vitæ, & in volunta-

ria corporis afflictatione statuerat. quocirca iam tum agitabat animo, simul atque per valetudinem locumque dis pedibus Hierosolymam petere, ac frequentiori ratione, longoque ieiunio tantas peccatorum peccatorum suscipere, quantas videlicet ab excelso magnoque timo, salutare odiū sui, & ardens diuinę gratię promerendū studium exigebat. iamque rectis euntem sculbus, & optima quęque expetentem, longē vehementius accendit diuina visio. Etenim nocte quadam vigilanti, augustissima specie, ac beatissimo lumine fulgens MARIA uirgo vnā cum paruulo IESV, non modo se palam ostendit, verū etiam incredibili benignitate spectandam aliquamdiu prębuit: quo viso mirifice recreatus letitius, tantum repente odium fastidiumque conceperat quę apud cęcos mortales prima putatur, ac praesertim quę cum inhonesta voluptate conuulsa sunt, et omnes rerum illarum, quām diuturno uisū uentilant, corroboratas imagines, ex hominis memoria conuulsum aspectus ille deterferit. Accessit ad hęc illud quoque non leue Dei beneficium, quod ei in omnem diem suum proprium ac stabile mansit: ut quotiescunque subleuaret cęlum oculis astra suspiceret (quod sanē sepe faceret, ac diu) mortalia cuncta illi repente sordescerent, & in xō quodam æternę patrię desiderio raperentur.

*Ad Montemferratū religionis causā proficiscens.*

Cap. III.

**N**iterea simul & animo & corpore concubescens, ē lectulo surgere, & intra cubiculi limen paulatim crura explicare, atque inopes explorare; nihilque longius ei videbatur, quam reuerentia cognatione sua, & de domo patrię exire, & præterita vitę peccata quām acerrimē vindicare deberet. Sed quia nondum erat ad iter faciendum idoneus, constituit interim præclarissimas quasque Christi Domini, Sanctorumque res gestas memorię causā celebrare.

beret: atque ad id ipsum exquisiti cuiusdam nitoris & elegantia codicis comparato, quæ de virtutum exemplis præcipuè admirabatur, in cum codicem vario picturæ genere quàm compositissimis & quàm clarissimis litteris ordine referebat. Atque huic operi dū insistit ardentius, quamquam sua de instituendo nouo genere vitæ consilia mortaliū nulli aperuerat; hæc tamen tanta scribendi ac legendi assiduitas, contemptus corporis, frugalitatis amor & parcimonia, sermo quotidianus non ad vibanitatem, vel ad ambitionem, vt antea, sed ad modestiam, pietatemque compositus: hæc igitur, & alia non obscura immutati animi indicia, celeriter illum domesticis prodiderunt. In ijs Martinus Garzia frater natu maximus, qui demortuo iam pridem Bertramo in dominatu, rei que familiaris administratione successerat, suspicatus id quod erat, Ignatium vel morbi vexatione, vel eorum quæ legerat admonitione compunctum, ac peruersum vitæ prioris, nouum aliquid ac magnum moliri, atque etiam fortasse nuntium rebus humanis, velle remittere, commotus animo vehementer, hominem seuoocat, varijsque interrogationibus blandè pertentās, ad extremum per communes parentes, perque fortunas omnes obtestatur & obsecrat, videat etiam atque etiam quid agat, quò progrediatur, neu quid noui consilij capiat, quod vel ipsi munitum & exploratum ad gloriam & opes iter impediatur, vel sempiternam Loioleia familiaris dedecoris notam inurat. Ad quæ Ignatius breuiter, quò se quàm primùm à fratre expediret, satis memor fore sese respondit officij: & simul, quoniam de recuperata propemodum eius valetudine ad Naiaræ ducem nuntij venerant, in oppido finitimo, cui Nauarretum nomen est, eo tempore commorantem; veniam à fratre petijt ducis pro amicitia reuiscendi; ac per eam causam, duobus dumtaxat assumptis famulis, eques in viam se dedit, ac breui Nauarretum peruenit incolumis. Ibi ducis amicis que ita salutatis, vt arcana consiliorum suorum quàm accuratissimè tegeret, simul etiam certa pecuniarum summa in vsus pios insumpta, Barcinonem per-

tere, vt Hierosolymas inde contenderet, famuloque  
 dimittere statuit, quò liberius remous arbitris in laam  
 fauire corpus, & debita vitæ licentius actæ suppleta à  
 femetipso posset exigere. Solus ergo per lammam ob-  
 mulationem Nauarreto profectus, primùm omnium  
 higionis causã celeberrimam beatæ Virginis adema  
 re decreuit, quæ in Monteferrato à monacho Benedi-  
 ctinis incolitur, estque Barcinonem è Nauara poret  
 bus minimè deuia. Deinde reputans apud animam suã  
 partim voluptates, quibus antea indullerat, partim cui  
 periculosum & graue bellum, quod sibi rurtum occu-  
 nis illecebris, atque ab inferioris animæ viribus imma-  
 bas, omni ratione se contra domestici hostis incho-  
 muniendum est arbitratus. Ergo non solum infirmitatem  
 ex quo die Loiola discesserat, cõsuetudinem possimam  
 retinuit animo, vt singulis noctibus pœnæ nomine se a-  
 cerimè verberaret, sed etiam ratus nullum contineant  
 presidium posse firmius inueniri, quàm Dei matris cari-  
 demque Virginis perpetuæ patrocinium, recitum pœnæ  
 tim illius in se elemētia ac benignitate inuocasset, erat  
 maximè clientelam fidemque cõfugit, ac studio simul  
 incensus illico fecit vt eidem Virgini Beatiſſimæ hie-  
 reuocabili voto castitatis obstringeret. Quod vniuersi  
 animi obsequium & sacrificium pro sua inuicta voluntate  
 teratum & gratum Deus ipse videtur habuisse, quod  
 quidem ipsa Virgine deprecante videlicet, ex eo tempo-  
 re ad extremum vsque diem Ignatius plane omnia hie-  
 libidinis caruit. Caterùm quo facilius omnes inu-  
 gant, quàm sit periculosam & anceps, in Christiana phi-  
 losophiæ curriculo sine rectore ac magistro referentem  
 omittã hoc loco quod ambulãti in seruore spiritus per  
 eos ipsos dies Ignatio contigit. Erant eo tempore in his-  
 pania finibus, Maurorum multæ reliquæ, Fensatæ Ca-  
 ritæ superstitioni Mahometis addictos, Fensatæ Ca-  
 tholicus haud ita pridem è suo pepulerat regno. Erat  
 igitur face quidam insidens mulo, Ignatium forte ad-  
 secutus, comitem sese illi adiunxit, ac nonnulla primùm  
 (vt fit) de itinere sciscitatur, varijs deinde sermonebus

eò deuentum est, vt de singulari M A R I A E virginitate  
 differeret quam cum nefarius ille ante partum quidem  
 integram illibatamq; fuisse fateretur, à partu verò nequa  
 quam; contra Ignatius ab eiusmodi errore quibuscun-  
 q; poterat rationibus hominem reuocare contenderet;  
 post multam altercationem magis magisque obstina-  
 tus impius ille, cum oblatam sibi veritatis lucem in-  
 tucri nollet, repente non sine rabie quadam subditis  
 mulo calcaribus antecessit, seque celeriter ex Ignatij  
 conspectu proripuit. Quo facto vehementius iriratus  
 Ignatius, parum absuit quin citato gressu persequere-  
 tur abeuntem, & pugione confoderet; facinus indig-  
 num existimans non tam contemptum relictumque  
 superbè se, quàm de summa castimonia & sanctitate Ke-  
 ginæ Angelorum ausum fuisse vilissimum caput ore  
 polluto detrahere: cumq; militari etiam tum spiritu re-  
 ligionis officijque momenta perpenderet, sese vix pie-  
 tati satisfacturum putabat, si tantas blasphemias patere-  
 tur inultas, neque ab impuro dæmonis mancipio pœ-  
 nas preulantis linguæ reposceret. Verùm tamen incita-  
 tum iam generosi pectoris impetum retardabat suspi-  
 cio latentis in tam speciosa cogitatione piaculi; metus-  
 que probabilis, ne per hanc animaduersionem, & cœle-  
 stem iram, & eam ipsam quam defendere conabatur,  
 Virginem offenderet. Cum igitur multa secum agital-  
 let, motu corporis pariter atque animo varius; ad extre-  
 mum, sanè quàm præcipiti consilio statuit ad biuium  
 vique procedere, vnde Maurum ex habito colloquio ad  
 proximum pagum nouerat diuertisse. in eo biuiò laxa-  
 ti omnino mulæ, qua vhebatur, habenis, ita de re tota  
 interpretari, vt si bestia ipsa per se Mauri vestigijs insiste-  
 at, non dubitaret quin accepta futura esset vltio Maie-  
 stati diuinæ: sin minus, pro certo putaret, nequaquam id  
 esse officij Deum, Beatamque Virginem postulare. Hac  
 ille mente processit ad biuium: cumq; pagus ille, quem  
 diximus, abesset diuerticulo passuum non amplius qua-  
 draginta, via facili ac spatiosa; planè diuinitus factum  
 est, vt spontè sua iumentū angustiore via Beatæ inonè ver-



sus iter arripere. Atque hunc in modum Ignatius in  
tam graui, nullo pia ipsius studia regente periculis  
thalis noxae crimen feliciter effugit, quam sapienter  
de progressus ad vicum à Monteferrato haud longis  
stantem, de peregrinatione Hierosolymitana, de qua  
periore vita quamprimum incunda mire sollicitus, vi  
totium ibi coemit ornatū, sparteos videlicet calceos, ni  
larem è sacco tunicam, funemque pro baltheo, roma  
lem baculum, & in vsum aquae cucurbitam. Quae omnia  
vt Christi paupertatem non erubescere, & periculum re  
cti verecundiam deponere paulatim alluere: subsi  
pensā propalam ex ephippijs, ad montem vsque lacum  
aduxit.

*Acta eius in Monteferrato. Cap. IV.*



Vid simul atque peruenit, seculum ingre  
sus, ac numine salutato, nihil antiquius  
habuit, quam vt per sacram totius ante  
ctae vite confessionem, contritus animi  
sordes elueret. qua confessione in prima  
fideliter atque accuratè de scriptis peccatis  
cta per triduum, summa deinde cum ve  
neratione ad Sacramentum altaris accessit. Conu  
etiam cum eodem patre, qui sibi confitenti vultus deca  
rat, omnia sua consilia cogitationesque de imitatione  
Sanctorum, quae ad eam vsque diem prius necum pe  
tescerat. praeterea, quicquid habuit pecuniae, totum ad  
Ihu Christi domini gratiam pauperibus benigne distu  
Dein silentio noctis eius, cui dies festus Angelicae lau  
tationis illuxit, pretiosa vestimenta quibus erat utri  
tus, quam occultissimè potuit, pannoso eisdem ex int  
ma plebe largitus, confestim oprato illo sacco, sibi ad  
cer induit, ac fune praecinxit; dextro pedi, quod in reli  
quijs morbi singulis etiam tum noctibus immiserat,  
calceum induxit è sparto; sinistram vtrique nudam relin  
quere, & capite itē nudo profusus decreuit incedere. Sed  
quia non ignorabat plurimos pallio tenus esse phyllo  
phos,

hos, vestemque facilius multo mutari quàm mentem;  
 omni ope sibi vitendum existimauit, vt illa exterioris  
 amictus insignia, ad intimos animi sensus occulta qua-  
 dam affinitate pertingerent, cumque accepisset in more  
 positum olim fuisse, vt nobiles equites antequam in or-  
 dines referrentur, in sacris edibus noctem vnã armati  
 excubarent (quod in Hispania peruigilium armorum  
 appellant) militarem illum ritum ad rudimenta Chri-  
 stianæ perfectionis in semetipso transferre constituit.  
 Igitur gladio ac pugione, quibus antea mundo merue-  
 rat, et tholo suspensis, nouo instructus armorum genere,  
 totam eam noctem peruigil ante aram sanctissimæ Vir-  
 ginis, modò stans, modò nixus genibus, præteritorum  
 vitia demissè precari, diuino cultui deuouere sese, ac  
 beatam præcipuè Dei matrem intenta supplicatione  
 propitiare non destitit. Atque hunc in modum Christia-  
 næ militiæ nomen ex animo dedit Ignatius anno post  
 Christum natum M. DXXII. quo fermè ipso tempore;  
 vñ multis non sine admiratione quidem animaduert-  
 tum est, Martinus Luther infamis hæresiarcha, magnis  
 in Germania motibus excitatus, iussus à Carolo quinto  
 Imperatore adesse Vornatiam, malè pressum ad eam diè  
 ritus opinionum suarum effudit in illo conuentu pa-  
 lam, sedique Apostolicæ & Catholicæ veritati nefarium  
 etque impium bellum temulentus indixit: vt satis ap-  
 pareret, cum maximè furiam illam contra omnia diuinã  
 humana iura, legesque sacratas obarmaret Satanas;  
 cum ex altera parte, præter alia militantis Ecclesiæ robo-  
 rum etiam hunc ducem excitatum diuinæ prou-  
 dentis nutu, quem CHRISTVS Imperator, & ipsum,  
 & sectatores ipsius, obligatos religionis arctissimæ  
 sacramento, ad actosque nominatim in verba  
 Romani Pontificis, furori ac libidi-  
 ni hæreticæ prauitatis op-  
 poneret.

*Ardores*

## Cap. V.



**S**ACRA igitur vigilia, quemadmodum  
 dicebamus, exacta, quod celeberrimum  
 hominum, famamque sanctitatis tra-  
 ret Ignatius nondum cessante, pro-  
 cepto monachis iumento, pedesque  
 uoluto etiam tum saleis alimur  
 claudicans, per summam laborem a  
 Monteferrato discessit, & è via militari paulo post de-  
 flexit ad oppidum Barcinonensis agri Minoritibus  
 die Manresam vulgus appellat) nouè fere millibus  
 suum à Monteferrato: ubi antequam longinqua & per-  
 culosa peregrinationi Hierosolymitam se comite-  
 teret, fauiente praesertim Barcinone per id tempus peni-  
 tentia, deuio & obseuro loco aliquandiu detineret, &  
 humilitatis Christianae, quae ceterarum est parens ca-  
 strosque virtutum, solida iacere fundamenta decreuerat.  
 Interea mendicus ille, quem Ignatius profectus veni-  
 mentis induerat, cum ex insolito ornatu in fermis  
 cionem venisset, illico à loci magistratibus compul-  
 ditur, & diuinam humanamque frustra implentis hinc  
 in vincla conijcitur. Cumque inter questionem ea  
 à viro quodam nobili clam donata iururando  
 maret, notasque corporis, Ignatius nominis, & cetera  
 quiritur extemplo diligenter Ignatius. cum notum  
 pareret, mittitur ad eum inlequendum festinus  
 qui aegre procedentem facile consequutus, quatuor  
 num cui quidpiam in Monteferrato donauerat. Ad eam  
 vocem, id quod erat, suspicatus Ignatius, subdole  
 aetrisque innocentis periculo, pauperi euidam redire  
 ra se se pridie largitum esse confessus est: cumque  
 tor porro instaret, quis tu, aut cuius / nullum  
 ad ea verbum Ignatius reddidit. sed itimere capio per-  
 xit tacitus, casum insontis apud se miserans, se detere  
 ipsum incusans, qui ne benefacere quidem hinc ipsius

nai benefaceret damno, vel certe discrimine, didicisset.  
 Virgitur Minorellam accessit, oppidum ingressus quo  
 dicebamus amictu, ad publicum infimæ plebis hospiti-  
 um precario sese contulit; ibique sanctæ paupertatis ac  
 penitentia studio inter egentes ac sordidos quam exle-  
 quemur vitam exorsus est. Victum ostiatim precibus in-  
 fimis emendicare quotidie: totam hebdomadam, ex-  
 cepto die Dominico, ieiunare; in ipso cibatu simplici  
 pane contentus, atque vbi sitis urgeret, aqua profluente  
 somni parcissimus humo nuda cubare, auctoque suppli-  
 cio, singulis diebus ter sese flagellis quam acerrimè cæ-  
 dere. Ad hæc, horas quotidie septenas genibus nixus  
 in oratione vocali persistere; nam eius quæ mentalis  
 dicitur, vsus & consuetudinem adhuc ignorabat. Præ-  
 terea sacrificio matutino; Vesperarum & Completorii  
 officijs attentissima cura semper intererat obibat etiam  
 octavo quoque die sacra Confessionis & Eucharistia  
 mysteria. Et quoniam superioribus annis (vt diximus)  
 & humanæ laudis famæque appetentior, & munditia-  
 rum ornatusque fuerat studiosior: vt vitium vtriusque  
 diligentia pari neglectu rependeret, natalium suorum  
 generisque splendorem, ne quis illi honos haberetur,  
 studiosè celare; & capillum quem pro eius sæculi mo-  
 re promissum impensus comere curareque consueue-  
 rat, relinquere cepit impexum & squalidum: quin et-  
 iam unguis ipsos exerescere per diuturnam incuriam  
 pati: atque in hoc tam aspero, tamque horrido vitæ in-  
 sumo, constanter id omne refugere, quod vllam posset  
 vitæ carni delectationem aut leuamen afferre. Itaque  
 cum esset decoro vultu, & egregia totius corporis fir-  
 mitate; detractis paulatim viribus, omnis ille vi-  
 gor acerrimi bellatoris, & forma viridis iu-  
 uentæ profus elanguit.



**H**IVSMODI vitæ cursum abominanda  
 securus Ignatius magno animi firmitate  
 sine vlla offensione tenuerat, non tam  
 grauiora prælia & occultas tentationes  
 artes expertus, quibus incertis motus ho-  
 minum ad præclara tenduntur, si pro-  
 fertim suis viribus ipsi confiderent.  
 in fraudem inducitur; cum repente quadam in obno-  
 tur species, cuius, quamuis identidem apparetur, for-  
 mam & figuram satis explicare non potest, manibus  
 distincta luminibus, & grato quodam splendore colorem  
 quod spectrum diabolicum postea, vt dicitur, proferat,  
 iisdemque ferè diebus cum se illius & ignis obliuio  
 animaduerteret, atrox illa cogitatio nec operamtem in-  
 uasit: Quæ, malum, ratio te, miser, impulit, vt relictis pa-  
 tria, cognatis, amicis que potentibus, pedes ac diuina  
 cie deformatus tristissimo & obsoleto vestigio, vel  
 stipem in triujs corrogares, vel inter infimas pabuloni-  
 nuta quisquis lateres inglorius? non enim tamde  
 litæ honorata stipendia, dulcissimosque regibus con-  
 uictus, & pristinae fortunæ cultum vicinior, na  
 cum tua tuique sanguinis dignitate repereres. Hæc, tra-  
 lia id genus vbi animo vehementer obiecta, aut  
 sensit Ignatius illico: & quauis initio paulisper et inco-  
 datione commotus, tamen vt se collegit, iam inco-  
 stanter ab se reiecit ac repulit, vt vltro etiam famulatus  
 quam antea, sese cœtibus atque colloquijs egentium  
 mendicorum infereret. qua submissione vltus potest  
 auctorque superbia, rursus Ignatio templum in presen-  
 ti ad officia diuina celebranda, quibus mita cum an-  
 tione ac perseverantia quotidie dabat operam, vt  
 mus; incepti operis molem ac difficultatem in reperi-  
 tauit, quali eius ærumnas & incommoda molem de-  
 ceret: Hem infelix Ignati, annis vniue huiusmodi

quor aetas tua recipit, in tantis tibi laboribus, in tanta vi-  
 ce asperitate degendum est: quos tu praesertim urgente  
 senio, tolerare qui poteris? Tum ille fortiter, nec sine co-  
 temptu: Quasi vero, inquit, mihi tu vel vnus diei spati-  
 um praestare possis. Haec duo prima post conuersionem  
 Ignacius de summa rerum certamina subiit: quorum v-  
 troque turpiter superatus humani generis hostis, vbi se  
 irruptione & aperta vi nihil proficere intelligit, longè  
 diuersa bellandi ratione, dolo cuniculisque grassari con-  
 siliuit. Neque abnuir Christus, pugnarum eiusmodi iu-  
 stissimos arbiters: qui vt neminem supra id quod potest,  
 oppugnari permittit, sic militibus suis, quos gratia diui-  
 nae praesidio, & liberae voluntatis arbitrio ad omnè vir-  
 tutem exercet, ne parua semel victoria per otium torpe-  
 ant, nouam in dies gloriosi triumphi materiam deesse  
 non patitur. Est igitur in daemone artibus, quas ad bono-  
 rum perniciem assidue meditatur, illa vel pessima; vt  
 quos ita videt studio virtutis ac religionis addictos, vt  
 inde terrestrium vel honorum spe, vel commodorum &  
 voluptatum illecebris auelli non possint, hos per speciem  
 ipsiusmet honesti quod adamarunt, ad immoderatam  
 mediam & carnis macerationem acrioribus incitamen-  
 tis impellat, eosdemque praeteriti temporis piacula re-  
 putantes, ac caelestis irae seruili metu percussos, in singu-  
 la momenta misero quodam angore sollicitet id autem  
 eo consilio, vt vel planè defecti viribus, per causam re-  
 parandae valetudinis paulatim ad sanam atque ad  
 sanam delabantur; vel assidua seupulorum agitati  
 molestia, dum se ipsi calumniari non desinunt, si minus  
 inertia, certè defatigatione ac lassitudine ab incepto  
 consistant. cuius vtriusque cladis vnam ne tam multa  
 nobis quotidie exempla suppeterent. Haec igitur eadem  
 Ignacium quoque in discrimen adduxit. Obtinuit  
 ille (quemadmodum dicebamus) ex quo sese ad Chri-  
 stum adiunxit, in summa vitae austeritate perpetuam ani-  
 mi tranquillitatem atque laetitiam; quam ne ex quodi-  
 ana copia vilem duceret, neu suis ipse meritis per insolentiam  
 adscriberet; ab ijs quas diximus, temptationibus cae-  
 pit il-

pit illi pater celestis vniuersam repente subtrahere, ut  
 ut interdum cum maxime gaudens exultaret in Domi-  
 no, tunc subito nulla precedente significatione, puer  
 exui nudarique se omni gaudio & iucunditate vitam  
 nec iam in precibus, neque in psalmis, neque in carnis  
 quibus assueverat, pietatis officijs vllam iuvenire con-  
 no delectationem aut requiem: idque cum obsequens  
 accideret, attonitus rei nouitate, animo suspensus ac mo-  
 re sollicito, causas eius varietatis & immutacionis inqui-  
 rere, ac dubitare apud se, recte ne confessionem in Mon-  
 teserrato, quam diximus, petegisset: quod iam con-  
 sisset, quod ad integram criminum accusationem accu-  
 neret? ac proinde num idcirco fortasse Deum ad hoc  
 tum experiretur? Quæ ille dum anxius agitabat, præter  
 occasione diabolus perturbandi hominis, de hoc factu  
 tu dei, endi, hanc ipsam suspensionem aque, sollicitu-  
 nem instituit illi vehementer etiam atque etiam memo-  
 re. Ex eo tempore tyro vanis agitari terribus, dies no-  
 ctesque siccibus iungere, nullam capere pacem quærens.  
 Itaque dum amissam recuperare conscientie pacem, &  
 harentem visceribus pestem omni ratione conuenire  
 uellere; non satis habuit peccata vetera, quorum de-  
 fessione ambigebat, iterum iterumque apud sacerdotem  
 tem exponere; sed etiam cuiusdam concionatoris mo-  
 nitu, qui Minorella per eos dies agebat, totius vite no-  
 xas, quotquot reuocare in memoriam potuit, in libe-  
 lum relatas, quod ad Monteserratum antea ferretur,  
 quam accuratissimè rursus explicuit. Sed (quod ille  
 contingit) quod sibi adiumento fore putabat, id die  
 contrarium maxime, si quidem ipsa commemoratio  
 rerum quas aliquando obliuisci oportuerat, fieri crederet  
 si quid ipsa die mitigatum fuerat, recrudescere. Nec  
 iam tantummodo superiorum annorum delicta oc-  
 cupatum animum amarissima superstitione occupa-  
 bant, sed etiam presentis temporis cura pariter  
 ne iniusta Christo sua essent studia, ne Dominum la-  
 omnibus dictis, factis, cogitatis offenderet. Quæ  
 multis iam rebus frustra tentatis, vnum dumtaxat  
 currebat

crebat illi remedium, nec sanè spernè dum; vt sacerdos  
 pro potestate omninò sibi posthac eiusmodi suspitioni-  
 bus ac recordationibus interdiceret. Sed id ipsum con-  
 silij ad eum deferre non audebat, peruersa videlicet ra-  
 tiocinatione delusus, ac veritus ne sibi minus ea medi-  
 cina prodesset, cuius auctor ipsemet existisset. Inter has  
 ergo curas, graui pressus molestia cum ita iaceret, vt nul-  
 la iam res mitigare dolorem posse videretur; inuasit ho-  
 mine atrox & saeva cogitatio, vt ad luctus miseriali-  
 que finiendas è fenestra cubiculi ( Dominicanorum ho-  
 spitio tum fortè vtebatur ) semetipse præcipitem daret.  
 Quam ille cogitationem, ope diuina cum acerrimè re-  
 pulsisset, subiit animum firmitas & constantia cuius-  
 dam anachoritæ, quem in Patrum historia legerat, im-  
 petandi gratia nescio quid vehementer optaret, om-  
 ni cibo tam diu abstinuisse, quoad per eam abstinèn-  
 tiam propitiato numine, voti compos existeret. &  
 quamquam periculosa admodum ea ratio videbatur,  
 metulque suberat, ne tam audaci incauto Deum irri-  
 ret potius, quàm reconciliaret sibi; tamen tota re a-  
 pud se diu multumque agitata, ne quid omnino inten-  
 tum relinqueret, illum ipsum rigorè perseverantis in-  
 die sine vlla dubitatione experiri constituit, atq; ita ex-  
 perit, vt nihil interea de quotidiana precatione, verberibus,  
 & cætera corporis maceratione remitteret. Dies igitur  
 unus, duo, tres, quatuor, nec tamen aut linqui ani-  
 mo, aut molestia liberari. itaque ad septimum vsque  
 diem obstinata mente ieiunium extendit, extendisset-  
 que porro, ni sacerdos idem, cui sua non modò vitia,  
 sed etiam bona, & intimos omnes animi recessus ac  
 tenebras diuino quodam instinctu nudas & apertas  
 habebat, pro imperio vetuisset eum longius pro-  
 gredi, minis insuper additis, ni paruisset, illum à sa-  
 cramentis Christi communionis prohibendi. hac  
 tunc tam seuera denuntiatione deteritus, cibum  
 sumpsit Ignatius, & illo quidem ac postero die fuit  
 in quiete: tertio verò eadem illa peccata rursus  
 recurrere memoria: quarum cogitationum initia  
 dum



dum admittit incautius, ac species (vt fit) speciemida-  
 cit, sensim in pristinos fluctus, astitusque sollicitudinem  
 reuolutus, cum ex vna parte profusus in hauriendum con-  
 fessionis mysterium iudicaret, ex altera vero id eodem  
 modo non profuisse, verum etiam nocuisse ante ce-  
 neret; ex vehementi fluctuatione tam graui radium pro-  
 sentis miseriae mentem eius inuasit, non quidem vt in  
 morte oppetenda, sed vt de abijcienda seueritate disci-  
 plina, & seculi commodis repetendis magno quodam  
 impetu cogitauerit. Verum in tantis tentationibus in pro-  
 cellis nutanti, & in magnum adducto periculo, tempore  
 portunè radius diuinæ bonitatis affulsit, cuius bene-  
 ficio diabolica discussa caligine, totius reuerentis con-  
 dia progressusque attentè considerans, in quibus com-  
 perit, omnes illos conscientiae stimulos, vanisque sus-  
 piciones, à malo spiritu fraudulenter immixtas, ac pro-  
 inde sine vlla dubitatione constituit, praeterit vniuersi-  
 bes, quòd ad confessionem attineret, perpetua obliuio-  
 ne contere. Atque in hunc modum singulari Dei be-  
 neficio, non modò infelicem illam sui otium suam  
 miseriam ac poenam euasit ipse, verum etiam alios co-  
 rrandi, qui eadem aegritudine laborarent, mentem à per-  
 luminum facultatem & scientiam est concessus.

*Ignatij profectus in Spiritu. Cap. VII.*



**I**SCE igitur periculis periculis ig-  
 natus, ac veluti auullus ab vno ma-  
 iores quotidie efficiebat in sollicitu-  
 tudine processus: & quòd acrior ac lim-  
 nior probatio fuerat, eò magis id-  
 us euasit ad noua omnipotentis Dei  
 charismata capienda: in quibus huius-  
 lud eximium. Cum enim religionis causa atheni Prae-  
 li Apostoli extra oppidum peteret, & in ipso itinere ad  
 Rubricatum amnem, qui Minorellam interuenit, con-  
 stitisset; nec opinanti repente diuina quaedam obor-  
 ta lux est tanta, tamque mirifica, vt momentò poenitentiam  
 puer

poris nullo magistro quā plurima clarè perspexerit non solum de fidei Christianæ mysterijs, verum etiam de alijs vel subtilissimis philosophorū quæstionibus atque decretis: quasi nitidissimo quodam in speculo perspicuè cerneret ea, quæ post multam accuratamque lectionem, maximosque labores ac vigiliis vix demum solēt homines intelligentia comprehendere: atque in eo cælesti profusus intuitu, non sine summa animi voluptate diutius acquiescit. Quo tanto, tamque insigni accepto beneficio, cum ad agendas Domino gratias accessisset ad Crucem in propinquo defixam; oranti sese denuo in aëre spectum illud obiecit, de quo diximus antea, sed (quæ nimirum virtus ac potestas est Crucis) nequaquam pari splendore vel pulchritudine: itaque quod suspicatus pridem Ignatius fuerat, tum denique clarè perspexit esse de monium: eodemque deinde sæpius apparente, tantū abest ut moueretur, ut illud etiam baculo per contemptū abigeret. Atque eius fere generis per id tempus planè didicimus alia multa percepit. Quodam die, dum in dicta publica supplicatione Minorellæ religiosum agmen intravit; & Ignatius interim beatissimæ Virgini psallit, insilens gradibus templi Dominicani; subito in Deum incepta mens eius est, quasi per apposita quædam, & maxime illustria symbola, Trinitatis ipsius numen augustissimum cerneret distinctum personis, vnum essentia. Qua visione tanto gaudio est delibutus, ut neque in ipso mox agmine lacrymis & singulrui crebrò temperare valuerit, neque verò totum eum diem alia vlla de re, nisi de sanctissimo illo fidei Christianæ mysterio disputare: idque tanta similitum & exemplorum varietate & copia, ut cuncti obstupescerent. quinetiam per eos ipsos dies non dubitavit homo litterarum propemodum ignarus, librum de Trinitate conscribere quoque parui stylo: vsque adeo cælestes typi quos diximus, in eius memoria atque intelligentia diuinas illas rerum altissimarum notiones impresserant. Ac licet antea quoque & monadem in triade, & in monade triadem sanctissimè coleret, suasque & naturæ diuinæ communiter, & se

para-

paratim singulis personis preces hymnosque perfice-  
ret; ab hoc tamen raptu longè studiofior & ardentior  
uafit in eodem officio pietatis; eamque laudabilem con-  
tundinem ad extremum vsq; uitae retinuit, sic, ut peccata  
am caperet voluptatem, & proprio quodam sensu terrenam  
caelestium afficeretur, quocumque sanctissimam. Tanta  
tati sacra perageret. Neque verò fuit hic finis mirabilia  
visionum: siquidem rursus per significationes miras,  
& mystica quaedam exempla, oblarus est eius mentis  
dus ipse, què in huius uniuersitatis molitione sanauit  
ille rerum opifex tenuit: quas illustrationes apud do-  
ctrinas, ut omnino vires naturales excedant, se postea  
negabat Ignatius posse verbis adumbrari, nec iam ex-  
mi. Præterea cum sacrificio Missæ in eodem templo Do-  
minicano interesset, dū à sacerdote de more solita lab-  
tatis attollitur, apertissimè vidit Ignatius illam speciem Chri-  
stum Deum eundem & hominem verissimè contineri.  
Factum est etiam aliquando (idque ipsimet qui interfuit  
re, testati sunt) ut alienatus à sensibus, à Copte uero Sab-  
bati ad alterum vsque proximi Sabbati Comperit non  
in altissimo quodam excessu perstitit; quia tunc horum  
multis adstantibus qui rei totius euentu attentè specta-  
bant, quasi è profundo somno excitatus, repente subleuauit  
oculos, Iesum perquam suauiter inuocans. aspiciunt  
pij quidam homines mortuum rati, utique tunc mor-  
dassent, nisi contemplati omnia diligentius, ut peruen-  
to corpore, latentem in eo uitam ex tenui cordis palpita-  
tione sensissent. Ad hæc, intento precatum, Iesum  
mel tum Christus Dominus, tum Virgo mater ostendit  
quibus, & alijs id genus elementarum diuinae tabularum  
recta fide vsque adeo confirmatus est, ut etiam à quibus  
existissent Christianæ religionis monumenta, nequaquam tamen dubitasset, ex his tantum  
do quæ Deo sibi aperiente cognoras, mortem pro salutem  
sione catholice ueritatis oppetere. & qui paulo ante uix  
vocalis nosset orationis usum, paucis mensuris ueritate  
rum spiritualium peritiam, ac tantam Dei famulatum  
est nactus, ut quidam, eius omnia uel dicta uel facta

nosè obseruantes, in tempeſta nocte ſupplican-  
tem animam aduertunt (eueuante ſpiritu ſarcinam corporis) quatuor  
circiter cubitis à terra ſublimem: & quidem ex confor-  
tio ſermonis Domini (quòd de Moyſe ſcriptum legi-  
mus) tota facie mirum in modum radiante.

De ſtudio collato ad proximos adiuuandos.  
Cap. VIII.



VAE omnia, quamquam egregia atque  
expetenda per ſe, tamen eò pluris erant  
in Ignatio faciendâ, quòd magis erant cū  
aliorum fructu & vtilitate coniuncta.  
Nam in ceteris ornâmentis ac beneficijs,  
quæ in eum Deus plena manu cõgeſſit,  
illud equidem vel præcipuum duxerim, quòd in tanto  
perfectionis ardore non dedit illi ſpiritum ſolitudinis,  
animum ve vni ſibi vacantem, ſed Chriſtianæ propagan-  
dæ fidei cupidiffimū, ac mirè ſtudioſum diuinę glorię, ſa-  
lutisq; communis. Cùm igitur acta eius in Monteferra-  
to (quamquã ea ipſe occultiffima voluerat eſſe) inſtitu-  
tanque vitæ aſperitatem ac ſanctimoniam vicinis lo-  
cis ſama vulgaret, ac nobilitatem viri præcipuè, rumor  
(reſic) etiam in maius attolleret; ingens hominũ concur-  
ſus ad eum fieri cæptus partim viſendi gratia, partim et-  
iam conſulendi; quos ille vi omni conatu quam acerrimè  
ad Chriſtum adiungeret, neu ſqualor ille nimius, &  
diutina illuuijs ad ſe aduentibus terrorè incuteret; pri-  
mum deponere ſordes, & externũ corporis habitum eg-  
regialiqua ex parte componere: deinde cùm intelligeret  
difficilem in primis & ancipitem eſſe curationẽ animo-  
rum; quòd cautius rectiusque in re tanta procederet, ope-  
ſuina ſuppliciter etiam atque etiam implorata, ſuæ cõ-  
uentionis originem, ac ſeriem, variasque tentationum  
occellas ac tenebras, & ſubſequutam mox tranquillitã-  
tem ac lucem, quàm accuratiſſimè ſecum expendens,  
ſolum ex ijs quæ partim cæleſti magiſtro dictante per-  
ſeperat, partim etiam ipſemet experiendo cognorat, de  
fru-

fructuosa ratione meditandi orandique, præcumbentibus  
 seruationes & saluberrima præcepta concipere quibus  
 ber (vt antea dictum est) Exercitiorum spiritualium  
 lo, tempore procedente deinceps ab eodem auditu  
 que recognitus, & Romani Pontificis iudicio ac testi-  
 monio comprobatus, ita multos omnis ætatis atque co-  
 dinis homines, tum in eligendo genere vite, tum in  
 componendis moribus, perturbationibusque solandis,  
 ac præsertim in retinenda constantia saluari, tum in  
 modum iuuat, iuuatque quotidie, vt iure optimo vide-  
 tur hoc non in postremis numerandū esse remediis, quæ  
 diuina bonitas hac hominum ætate vel ad corrigenda  
 culi vitia, vel ad renouandam veterem Ecclesie discipi-  
 nam clementer adhibuit. His ergo meditationibus,  
 quos ad bonam perfectæ virtutis frugem spirantes expo-  
 niebat idoneos, paulatim, & quasi per gradus capere ex-  
 colere: cæteros interim precibus monitisque, prout se  
 dabat occasio, à vitiorum fœditate deterrens, acque ad  
 studium æternæ beatitudinis incitans: idque eo liben-  
 tius atque securius, quod communicandis illis, quæ à Do-  
 mino acceperat, nihil interim sibi religionis ac spiritus  
 deperire sentiret. Nec solum venientes ad se, benigno  
 excipiebat alloquio; sed etiam inuicem inter se  
 ab alijs ad prandium, minimè recusabat accedere: in-  
 mirum eo consilio, vt ex re & ex tempore lingua  
 catione, qui se in Dei gratiam terrenis parulis, & opor-  
 tunc ipsæ vicissim spiritualibus epulis, & oportu-  
 tuna quapiam adhortatione reficeret. Aspexit  
 hunc fere modum adiuuante Domino per-  
 multos ad arctam salutis sententiam,  
 à via lata & spatiosa tra-  
 duxit.

**E**D in eiusmodi curam dum incumbit ardentius, nec tamen interea fere quidquam de assiduitate precandi, ac de quotidiana vitæ asperitate diminuit, morbum ex ingenti labore contraxit ad eo periculosum & grauem, vt saeuiente atrociter febris proximè ad mortem accesserit. quo tempore & oppidi magistratus periculo viri permoti, publicè diuersorū illi curarum necessarijs rebus instructum: & præter aliam amicorum turbam, honestæ matronæ, que viuandæ pestilentiae causa Barcinone sese eò receperant, certatim ægrotanti assidere, & nocturnas agere excubias, perinde quasi in vnius vita salus omnium vertetur. Atque his populi officijs, ac pia sedulitate bonorum, ereptus è præsentis vitæ discrimine, in id ipsum iterum ac tertio recidit ob eam causam, quòd nondū plane confirmatis viribus (blandimenta videlicet carnis, & veteris hominis malitiæ veritus) præproperea festinatione ad pristinas occupationes corporis animique redierat: quarum pòdere oppressus, denique didicit ipse, alijsque deinde percipere solitus est, imbecilla valetudine minuendos labores, curandumque tali tempore, vt quantum de consuetis exercitationibus infirmitas demat, tantum ad Dei gloriam, & proximorum adificationem acquiritas animi, & exemplum Christianæ fortitudinis addat. Vt abbat idem etiã corpus debito somno ciboque fraudari, multis eo tempore doctus experimentis, vt moderata sobrietate vegetatur animus, sic immoderata vigilia vel inedia vires adeo frangi ac debilitari, vt mēs eam ministerio destituta, vix munere suo fungi, aut ad contemplationem rerū diuinarū possit exurgere. Vexatus igitur, vt dicebamus, diuturna & periculosa ægrotatione, demū ita conualuit, vt ex reliquis morbi dolore stomachi molestissimo subinde cruciaretur: quapropter calceos induere, & panni crassioris tunica cinerea, & capitis tegumento contra saeuitiam hyemis munire sese priorum hominū benignitate precibusque coactus est.

*De illa*

De inanis gloria vitio superato.  
Cap. X.

**A**CCESSIT ad illa corporis  
 tantis incommoda, graus etiam  
 mi cruciatus, ab importuna quadam  
 inanis gloria tentatione infectus.  
 Dum enim ingrauescente morbo co-  
 scientiam suam diligentius excuit,  
 seque ad extremum comparat morti  
 agonem; subite illi repente, se iustum esse, neque vilo  
 pacto sibi de sempiterna beatitudine dubitandum. Cui  
 suasioni dum resistere vi summa conatur, intelligens  
 ut quisque sibi maximè placet, ita Deo maxime displi-  
 cere; diuturnum & anceps intra sese certamen raris  
 tentatione metuque sustinuit, ut miris modis quies-  
 die torqueretur, maioremque ex offensiois diuinae  
 formidine, quam ex ipsa grassantis morbo reuerentia  
 inerum ac solitudinem caperet. Versabar videret  
 omnes partes hominis animum daemone callido, Chri-  
 sti permisso; & quem desperationis iaculis paulo ante  
 superare nequiverat, eundem rursus nimis conside-  
 tia ac vanitatis elatione supplantare & cucurte timbe-  
 tur. Sed contra eiusmodi cogitationes Ignatius & in ip-  
 so (ut diximus) morbo, & recuperata postmodum vani-  
 tudine cum diutius dimicaret, partim agendis idcirco  
 Domino gratijs, partim naturæ humanæ fragilitatem  
 apud se reputando; denique diuino præsidio desolaba-  
 le hoc ingrati animi vitium ita debellauit; eoulsusque  
 dicitur, ut postea quotiescunque salus animarum  
 aut Dei gloria postularer, sua non minus bona  
 quam mala sine vlla prorsus cendoxie  
 titillatione palam & ingenue ex-  
 promerit.

## De profectione Hierosolymitana. Cap. XI.

**N**TE R hæc anni fere spatio exacto, partim spiritualiū rerum scientia instructus, partim etiam arte quadam & consuetudine regendarum animarū imbutus, cum nihil vulgare aut exigū agitaret animo, sed egregia quadam & ardua in Dei gloriam ab ipso conuersionis initio concepisset; Hierosolymam, quod iam dudum habebat in votis, petere omnino constituit, non tam vt Christi Domini sacratissima incunabula cerneret (iam etsi id ipsum vehementer optabat) quam vt in conuertendis ad Euangelij lucem infidelibus qui ea tenebant loca; vel operæ pretium faceret, vel certe martij palmam, cuius avidissimus erat, acquireret. Sed hoc suum de prædicando Euangelio consilium, vitandæ scilicet humanæ laudis causa, nemini prorsus aperiebat: peregrinationis verò propositum, cum necessitati amicis patefecisset, multi primū id ei multis rationibus dissuadere, obtestari etiam & orare ne populum ab se nuper è somno vitiorum excitatum ad ludia virtutis pietatisque, repente desereret, neu se ipse, affecta præsertim valetudine, itinere tam longinquo, ac tam periculoso committeret. deinde cum nec precibus, nec suasionibus cum de sententia detinerere possent, instare saltem & vrgere, ne in comitatus ab ipso: multa posse in tam remotis ignotisque sibi regionibus, ac tanta rerum humanarum varietate contingere, quæ præsentem cuiuspiam fidelis opem solatiumque requirerent. Omnino probabilis videbantur afferre, & humano iudicio rem æstimantibus, etiam necessaria nec verò deerat homines impigri, peritij linguarū, qui sese illi comites laboris ac periculorū libenter offerrent. Verū Ignatius, qua erat animi altitudine, in cælum semper intētus, atque à diuina prouidentia vsquaquaq; pendere mirabiliter cupiens, amicis omnia sua in cunctis adia profitentibus ita remisit, vt diceret, in præcipuis homi-



hominis Christiani virtutibus, non modo fidem beatitudinem esse, verum etiam spem. Eius porro comitate gratia, certum sibi esse non modo sine viatico, sed etiam sine comite iter id ingredi; quod clare perspiceret, quia multa possunt homini accidere, peregrinanti praesertim, sibi quidpiam euenisset, fieri non potest, cum saltem ex parte comitis praesidio fidei; comitatus praesidio quidquid in eo spei locasset, id vix; ex ea detractione iri fiducia, quam totam in vno Deo clementissimo parente ac rectore vellet esse repositam.

*Nauigat in Italiam. Cap. XII.*

**H**A Cigitur mēte sub initium anni MDXXIII. magno omnium dolore Minoris profectus venit Barcinonem, vt in Italiam ex eo loco traiceret. cumque peto opportune paratam sibi nauem offendisset, egit cum nauarcho suppliciter, vt se mendicum egentemque gratis aduocaret, ut portare ne grauaretur. cui nauulum quidem huiusmodi sursum promisit; ea tamen conditione, vt nauticus saltem panis, quod erat necessarium, secum inferret. Exspectans cum vehementer angeretur Ignatius, quid remediae tū copiam quamuis exiguam, cerneret magis vtilitatem quam sibi summam proposuerat, legibus aduersariis multas anxialque cogitationes totam rem demum committere statuit arbitrio sacerdotis, quem sibi paucos diebus Barcinone, tum suae conscientiae iudicem, ut interpretem diuinæ voluntatis elegerat. Ille re cogitatae natio respondit, aqua postulare nauarcho: per se non resistendum esse, nec verò timendum, ne si cetera tam vilia praesertim ac necessaria, sibi parauerit, quam idcirco contra consilium perfectae paupertatis mittat. Tum Ignatius quamquam soluto vno iam obsequio ne animo, iam en partim sacerdotis impulsione, etiam metu occasionis eius amittenda; emensura de inore pecunia, panes in nauem imposuit, & ne quid praeterea secum inferret, paucos qui superfluae nauis

reliquit in ipso littore: deinde solutis anchoris die quinta  
 Caietam non minus periculosa quam celeri navigatione  
 delatus, ita omnia pedibus iter intendit. ac prima nocte  
 diuertit ad villam militibus refertam; quibus nefaria  
 quaedam ac turpia molientibus, tanto animi ardore ac  
 vociferatione se obiecit, ut illi partim verborum ponde-  
 re, partim constantiâ miraculo obstupefacti, à flagitio-  
 so conatu destiterint. Inde laboribus maximis, cum sa-  
 uerè per eos dies pestilètia luridus ipse ac macilentus, te-  
 dit fere arque oppidis arceretur, denique in vrbe[m] Ro-  
 manam haud ita acriter custoditam, lassitudine ac fame  
 pene confectus introijt ipso Dominico die Palmarum.  
 cumque venerabundus religiosissima quaque loca obijc-  
 set, Adriani VI. Pont. Max. pedes exoscularur. Mox parâ-  
 ti Venetias ire, ut in Palæstinam inde transmitteret; rur-  
 sum Hispani amici nonnulli, qui Romæ eo ipso tempo-  
 re versabantur, profectiorem dissuasere cum alijs ratio-  
 nibus, tum præcipuè navigationis longæ & infestæ peri-  
 culis proponendis: quippe cum paulo ante per summum  
 nominis Christiani æquè damnum ac dedecus, Turca  
 Rhodum insulam expugnasset, quo nuntio videlicet  
 omnis Italia cohorrerat. Sed cum Ignatius ab institu-  
 ta peregrinatione nullo terrore posset abduci; illud sal-  
 tem hortari & orare institerunt, ne se daret in iter eius-  
 modi sine pecunia, tum in alios usus necessaria, tum vei-  
 que ad nauticum pro transmissione soluendum. nam ve-  
 niens emendicato victu peruenisset, quæ deinde ra-  
 tiones, quæ spes homini externo & ignoto foret, in tam re-  
 motas regiones traiectionem nanciscendi gratuitum? Pro-  
 inde recte amicæque suadentibus ne resisteret, iuuarit  
 que se in Christi gratiam aliquo saltè viatico parere-  
 tur. Cum hæc, & alia eiusmodi assuerant pariter ac  
 tolerantes ingererent; sæpius eadem iterando, cunctan-  
 tes, ac tergiversantem denique perpulerunt, ut in ipso  
 accessu aureos aliquot nummos acciperet. quo ille sub-  
 lecto oneratus verius quam instructus, non multum pro-  
 fectus viæ, cum rem totam attentè contemplans, se-  
 ne ipse accusans grauitè, quòd de fiducia diuina hu-  
 mano

mano metu se deici, fixumque paupertatis propo-  
 oblato auro passus esset infringi; parum absint quo  
 omnem pecuniam illico indignabundus abiicit, sed  
 quia id prodigum, ac Deo ingratum fore videtur lo-  
 creuit certe in obuios pauperes paulatim infunde-  
 quod cum alacriter praestitisset, breui & nimis omni-  
 bus vacuus, & stimulis conscientiae liber cauit. Pro-  
 gentem porro Venetias, eadem quae supra memoravi-  
 mus incommoda & difficultates itinere pariter ve-  
 xarunt. Sauebat etiam tum locis aliquot fordibus &  
 que contagio; dispositisque custodes aditus oppidorum  
 assidue turbantur. Ignatium vero ex ipso corporis la-  
 bitu vel in summa caliditate temperie metuens. Oblin-  
 rat squalore vestis, & horrida, color exanguis, cauum  
 macie caput, conditi introitus oculi, & inanes sin-  
 cium sinus, quocirca fiebat, non solum ut exclusus &  
 diuersorij omnibus pernoctare saepe cogitur in po-  
 blico, sed etiam ut pallore & macie percipitur, re-  
 gentemque, praetercuntes aliquando nonnulli ter-  
 monstrum quoddam aut triste simulacrum terrenti.  
 Ipse vero linguae impetitus, ignarus itinerum, cum  
 praefatigatione saepe deficeret; ad Fossam amica  
 Clodiam Deo adiuuante peruenit, quo ex corpore  
 breuis & quotidianus Venetias traiectus est. Hi  
 tior factus a viatoribus, obseruari Venetis omnia di-  
 ligentissimè, & e suspectis praesertim regibus veneti-  
 tes accessu prohiberi; flexit inde itinere terrestri Italiam  
 um, quorumdam consilium sequutus, qui idiplum pe-  
 rium metuentes, faciliorem sibi ex ea urbe Venetiam  
 transitum fore sperabant: iidemque Ignatium solus  
 etum sibi comitem, praefat imbecillitate haud ita requi-  
 tem gradus, in campis circumpadanis repente detine-  
 unt, vnus ope Christi subnixum: qui sane pro sua in-  
 nita clementia laboranti seruulo in tanta solitudine tri-  
 nime defuit, sed proxima nocte sese illi, quomodo  
 dum antea saepe fecerat, visendum obtulit: quod  
 que mirifice, intra ipsa Patavina micena primam, de-  
 inde Venetias sine vilo errore aut difficultate peruenit.

nemō quippe ex Parauinis custodibus ad portas, nemo  
 ex Venetis exploratoribus ad insulas frequentiores ap-  
 propinquantē (cū nauim ingressi de more singulos ve-  
 ctiores diligenter excuterent) Ignatium nulla munitū va-  
 letudinis tessera, ne appellauit quidē mirantibus, cogni-  
 ta postmodū re, Clodianis desertoribus illis; quibus per-  
 adulterata videlicet symbola introitus in urbē utraq̃  
 non sine magna vel sollicitudine, vel contentione patue-  
 rat. Venetiarū urbis, in recessu intimo sinus Adriatici, ca-  
 regio ac situs est, vt leniter stagnantes ex alto aqua illā  
 ex omni parte circumluant, ea in clytē urbi & ad merces  
 copiaque inuendās opportuna receptacula, & contra  
 hostiles incurfus munimenta firmissima sunt. Ex ijs por-  
 tu & fluarijs, maiores minoresque euripi totam urbē in-  
 tercurantes, varijs mandris ac flexibus ita distinguūt,  
 vt quot in partes pedibus, in totidē fere mari aditus sit.  
 regio sanē vel artis, vel naturæ miraculo. Inde vicorū,  
 culinarū, ac pontiū ingēs numerus: vt qui diutius ibi ver-  
 sati non sunt, viarū locorumque modo varietate, modo  
 similitudine sæpe fallantur. Sed contra eiusmodi amba-  
 ges, certū paratumque remedium est maxima multitu-  
 do cymarū, que vsquequaq; dispersæ, nominatim ad o-  
 mnia & publica & priuata loca quælibet haud ita magna  
 mercede traiciāt. Ignatius nauī Parauina, ex ijs que per  
 Medoaetū flumē assidue cōmeant, in area Marciana sub  
 noctem expositus, cū neq; vias ad publica xenodochia  
 posset, nec portitori conducendo suppetere nummis  
 illuētus longo iam vsu malē cubare, sub porticu Procu-  
 ratoria, quā appellant, intendentibus iam se tenebris, va-  
 rium opificis cuiusdam fulcrum elegit, in quo fessos ar-  
 tus vicumque reficeret. Tenebat fama, litterisque multorū  
 est memoria traditum, dum ille ibi noctem exigit, vici-  
 num senatorem M. Antonium Triuisanum (quem ipsi  
 multo deinde post, eiusdem ciuitatis principē vidimus)  
 celesti voce excitatum, increpitumq; quod in multa ve-  
 luti molliq̃ strato decūberet ipse, cū interim Dei fa-  
 uulus peregrinus non longe à vestibulo illius ædiū iace-  
 re in publico pauper, & omni humana ope ac solatio de-

stitutus. itaque ingenti metu & horrore perfusum pedilijisse confestim, & quæsitum diligenter Ignatium cepisse perhonorificè. Sed ille postmodum cum in amantissimum Cantabrum incidisset, à lautiore hospinio seorsum familiariter transfudit.

*Nauigat in Palestinam. Cap. XIII.*



BI cum aliquandiu moraretur in omnem nauigandi occasionem incertus; ecce tibi nouæ amicorum pagure (quos illi vbiuis breui cœciliaber cognita viri virtus atque modestia) eorum varijs terroribus ab infinita peregrinatione reuocare conantium, quibus ille, Deo fretus, ita resistebat, vt diceret, pro certo habere se, vt cætera cuncta deficerent, vel vna solimodo tabula quod cupiebat vtrique peruenturum. Nec cum felicitatis diuinæ fiducia. Cum enim eo anno formidabile Turcarum, vt diximus, solito minor esset in ludæam peregrinantium numerus, & quotquot erant, simul et ignes paulo ante soluisserent; desperata iam à cæcitate, Ignatius repente sit certior, nauem in Cyprum parat. Pertricio Veneto, prætori eiusdem insulæ delinquenti, cuiusque inde non ignoraret breuem atque facilem esse iectum in Palestinam; nullo adhibito deprecatore, cum tamen multi nec aspersioni suppetere, ad Venetum Duce[m] Andream Gritum adijt ipsemet, insigni munus humanitate quam prudentia principem ac Deum uente facile ab eodem impetrauit, vt gratis in Cyprum vsque deueheretur. Sed interea dum prætori orationem nauis, in febrem Ignatius incidit, factum elimitus et probandæ scilicet eius cõstantiæ causa, vt quo de plethma cum hauserat, eo ipso nauis signum profectus ostenderint. qua re minime conturbatus Ignatius veniam petijt ab hospite; qui pertinaciter ipsum etiam atque etiam iam retinere conatus, cum nihil omnino profectus, consultatur medicus. ille vero sine cunctatione respon-

det, hominem ad interitum ruere. Attamen Ignatius  
 nihilo magis immutatus, & cælestis nimirum medici  
 ductū sequutus, felici sanè consilio (quòd tamen admi-  
 randum potius, quàm imitandum alijs duxerim) fluctu-  
 ante etiam tum in stomacho potione conscendit; fa-  
 ctumque est Dei beneficio, vt ora soluta, inter nauigan-  
 dum, ex ipsa maris agitatione tantam vim pestiferi ac vi-  
 tiosi humoris euomeret, vt morbo planè leuatum sese  
 celeriter senserit. Recuperata valetudine institit suo mo-  
 re, quoscunque poterat factis dictisque ad virtutem &  
 pietatem adhortari. cumque in eadem naui per summā  
 impudentiam committi grauia quædam flagitia com-  
 perisset, non dubitauit apertum dedecus detestari pa-  
 lli; & impuros illos homines tanta orationis acrimonia  
 reprehendere, vt ij facta cum nautis coniuratione mole-  
 stum sibi monitorem in deserta quadam insula expose-  
 re, atque ab suo conspectu & consuetudine procul amo-  
 uere decreuerint. quam rem odorati è vectoribus qui-  
 dam Hispani ad Ignatium pro amicitia detulère, suaden-  
 tes etiam atque etiam, vt in loquendo cautior esset, sibi-  
 que consuleret. sed ille nihilominus turpiter peccantes  
 obiurgare perrexit, diuinæ prouidentix ope subnixus:  
 cuius beneficio factum est, vt ad insulam sceleri destina-  
 tam appropinquantes nauæ, aduerso repente vento re-  
 iecti, volentes nolentes Ignatium in Cyprum vsque per-  
 uerint: vbi cum stare ad salinas peregrinam nauem,  
 de qua supra diximus, audisset; illuc itinere terrestri se-  
 contulit: in eamque gratis admissus, nihilo plus viatici  
 secum intulit, quàm in priores intulerat, Christo vno  
 videlicet fretus, qui tota illa nauigatione sese il-  
 li non semel ostendit; eumque magnopere  
 confirmauit; ac denique incolumem  
 ad portum Palæstinæ per-  
 duxit.

*Palæstinae loca sancta perlustrat. Cap. XII.*

**I**NDE cum cætera peregrinatione  
 progressus, ut ad conspectum  
 tiffimæ urbis est ventum, incredibilis  
 ex ipso illius intuitu cepit animo ve  
 lupriatē; ac deinceps paucis com  
 ratu, partim etiā solus, loca illa Chri  
 sti Domini, MARIAE virginis, & A  
 postolorum nobilitata vestigijs, eximio quodam  
 fructu venerabundus haud semel obijt: modo in  
 quondam templi reliquias, modo sepulchra Prophe  
 tarum intuens: hic nascentis & vagientis illic doctans, &  
 miracula patrantis filij Dei monumenta considerat.  
 Vbi verò ad loca eiusdem acerbissimis peris religio  
 & morientis in cruce sanguine consecrata, ac ad do  
 functi sepulchrum accederet; effusus in lacryas, tam  
 pia oscula imprimere, immortales agere Domino gratias,  
 incredibili quadam spiritus dulcedine & suavitate  
 compleri. Ad hæc, antiquum beatissime Virginis domi  
 cilium, itemque locum instituto primum sacrosancti  
 mysterio, & sancti Spiritus aduentu in memorandis  
 lia eiusmodi quàm plurima, quæ per otium deinde tra  
 ret, à mystagogo quàm accuratissime ad dēferret. Erat  
 natio iam diu deliberatum, ut diximus, in angulis illis  
 ludææ sedibus pedem figere, atque ad conuersionem ad  
 Euangelij lucem infideles toto pectore incidere: quod  
 non reperiret vel ubi sanctius in terris vitam degeret,  
 in quo munere fructuosius operam collocaet. Non  
 plurimis iam experimentis diuinæ bonitatis cōfiteri  
 & in diem paruoque viuere assuetum, rerum que ad  
 pus pertinent, habebat cura vlla sollicitum. Id vero  
 borabat vnum fragilitatis humanæ videlicet conuul  
 ne spiritui quotidie deficienti, & noxarum sors ali  
 quas contrahenti, opportuna sacrae poenitentiae alimēta,  
 & cælestis panis alimenta decissent. Quam ad rem ob  
 necum ratus ministerium fratrum è Franciscana fami  
 lia, qui loca illa religiosa tuentur, & peregrinos ad dē

etibus præstò solent esse; adit ille ad custodem cœno-  
 nobij, ac litteras ei, quas ex Italia commendatitias attu-  
 lera, reddidit; & quòd ad conuersionem infidelium atti-  
 neret, nihil ei suorum consiliorum impertit; voluntatem  
 verò suam in eisdem sedibus commorandi habitandi-  
 que demonstrat: rogat proinde, vt se fratres dumtaxat  
 recto recipiant, sibi que Confessionis & Eucharistiæ sa-  
 cramenta ministrent; se, quæ ad victum cultumque spe-  
 dent, nullo prorsus eorum incommodo curaturum.  
 Custos, partim commendatione amicorum, partim po-  
 stulati moderatione permotus, bene sperare iubet Ig-  
 natium, ita tamen, vt rem in aduentum Prouincialis  
 Ministri differret, qui per eos dies in Bethleem oppido  
 versabatur. nec dubitauit Ignatius quin æquè facilem  
 Prouincialem esset habiturus, atque custodè habuerat.  
 itaque cum reditus iam peregrinorum instaret, litteras  
 ad amicos in Occidentem scribere aggressus est, quibus  
 eos de suo statu faceret certiorem. Cum igitur maximè  
 scriberet, quòd in posterum diem peregrinis erat indi-  
 cta profectio; ecce tibi à custode nuntius, adesse Prouin-  
 cialem, & Ignatium accersere; ad quem bonæ spei ple-  
 nus cum extemplo adijisset, collaudat ille primò piã ho-  
 minis voluntatem; sed re apud se diligentius deliberata,  
 videri sibi ait satius, vt recedat; idque cum alias ob caus-  
 as, tum verò quòd ante id tempus nonnulli eodem stu-  
 dio accensi, dum securius vagantur, à Turcis excepti, vel  
 miserè periissent, vel certè in acerbæ seruitutis calamita-  
 tem incidissent, quos deinde propter officium ac vicini-  
 tatem Franciscani fratres non sine magno cœnobij de-  
 trimento redimere cogebantur. proinde se in diem in-  
 sequentè cum cæteris peregrinis ad iter accingeret. Ad  
 que cum ita respõdisset Ignatius, vt sibi certum fixumque  
 esse affirmaret, Hierosolymis omnino restare; simulque  
 modè signifiçaret, se, quãuis aliter sentiente Prouincia  
 nequaquã, nisi aliqua oblata religione, à proposito rece-  
 sarum: tum ille potestatè se à summo Pontifice habere  
 subiunxit factis interdicendi si quis inuito se ibi dè rema-  
 necconatus esset: iamque potestatis eius diploma pferre  
 parat



paranti, confestim Ignatius, vt omnia ecclesiastica  
 & imperia valde reuereretur, nihil proloquio  
 spondit, credere se quae diceret; & quoniam in  
 dicto audientem fore. Dum igitur ad hospitium  
 morerens, vt se ad reditum compareret, illam  
 repente cupiditas montis Oliueti illius celebrari  
 scendi, quo in summo cernuntur adhuc IESU Christi  
 ascendentis in caelum expressa vestigia: ac quae  
 in tantis temporis angustijs impedimento libet,  
 nemini patefacta, & (quod periculosus est) nullo  
 propter inopiam Turca secum adhibito ex ipsa monte  
 conducti peregrinis in ea regione praesidio  
 montem excurrit: cumque a custodibus non admo-  
 retur, cultellum è calamaria theca detractum  
 loco ijs dedit, sacri montis cacumen fabrorum  
 & de-  
 uinorum pedum notas multa cum praecedenti  
 dio veneratus, ad Bethphage properauit: ubi  
 la curiosè perlustrat, subiit illius animum  
 diligenter in Oliueti fastigio sese animaduertit,  
 ex caeli plaga dextrum, vtra sinistrum esse  
 gium: qua dubitatione quasi quibusdam  
 citatus, illicò ad montem recurrit, adnoctat  
 tis oculis vel minutissima quaeque sic, vt  
 rum dubitationi non esset: vsque adeo in  
 sacrosancta illa redemptionis humanae  
 cunabula Christianae religionis penitus  
 cognoscendi recolendiq; mentem eius inuolauit.  
 cum abesset diutius, nec in turba peregrinorum  
 ad Franciscanos defertur desiderari ex  
 eam solitudinem Ignatius in aliquod vitæ  
 discrimen incurreret; Armenium quendam  
 bio ministrantem, ad illum perquirendum  
 tunc, qui descendenti ex Oliueto commo-  
 factus obuiam, fuisse primum, ac truci  
 nitari, a cetera temeritate asperè admodum  
 de immissa manu & brachio ferocius  
 giuicforium trahere minime sanè  
 reuerentem, quae

iam nouo cœlestis gaudij rore perfusum, quòd inter eas contumelias Christum sibi præsentem, & vsque ad hospitium præcuntem, incredibili quodam genere consolationis aspiceret.

*In Hispaniam redit. Cap. XV.*



Vigetur postera dies illuxit, Icum reliquo peregrinorum agmine Ignatius abiit præ desiderio tristor, & relictam prouinciam sine fine respiciens: nec tamen, quoniam præsentem necessitate victus, inde recederet, de muniendo in posterum sibi quandoque reditu ac mansionem desperans. Cumque primo traicctu Cyprum tenuisset in columis, tres ibi onerarias in Italiam paratas ostendit: quarum vna erat Veneti mercatoris, maxima, & omnibus rebus instructa; altera minor, sed bene firma, Turcarum: tertia Christianorum, parua, & malè cõpacta. Ac cæteri peregrini, quòd tempus erat hybernium, & obnoxium tempestatibus, pro se quisque tendere, ac certa mercede pacisci, vt in primam ascenderent: cumq; Ignatius propter egestatem a nauarcho repudiaretur, idem illum enixè precari, vt hominem sibi notum, probum, atque adeo sanctum ne recusaret admittere. quibus ille non minus amarè quàm ineptè facetus: Atqui sancto, nihil opus est (inquit) nauis, calcabit æquora multorum exemplo, neque vnquam exorari se passus est: sed magno ei sterit cauillus, & contumacia. Cum enim Ignatius inde per contemptum exclusus, facillè obtinisset ipsam depreceatoribus, vt in illam debilem gratis admitteretur: cumque simul omnia nauigia vento secundo soluissent; repente eoritur atrox adeo ac sæua tempestas, vt Turcica nauis in omnium conspectu miserandam in modum fluctibus hausta, nullo prorsus euadere perierit; Veneta verò in scopulos illisa naufragium fecerit, saluis tamen hominibus: tertia tantum, qua uerbatur Ignatius, minimè valida, uentis ac fluctibus diu

¶ § multum

multumque agitata, altero denique mense in Anbrin,  
 lacera ac valde fessa peruenit: quo ex loco ipse  
 Venetias petijt, tam longa & periculosa nauigatione  
 re vexatus. Etenim studio paupertatis, quae fuit illi  
 per omnibus commodis & emolumentis antiquioribus  
 dis erutibus, hyeme saeuiente conscendens, semota  
 bus tantum è tela, concisaque ad humeros spoliata,  
 seissili tunica breuiore semiamictus, cum è caelo  
 caderet nix, ac tristi gelu cuncta inhorrescerent: neque  
 ad has caeli iniurias accedebant quotidiana vitæ  
 mina, vigiliaeque, & caetera maris incommoda: quibus  
 ille pæne confectus cum Venetias peruenisset, le-  
 nuario mense anni M D XXIV. ab hospite Canabico  
 clementer acceptus, nummisque aliquot ad iter fugan-  
 dum, atque ad fouendum stomachum nullo fugar-  
 languentem panni quodam frusto donatus, Festiuanum  
 venit. ibi maximum vrbs templum ingressus, cum reli-  
 giosè numen adorat, mendicus quidam exis quo lace-  
 rum ædium vestibula conterunt, precationum appetit  
 intentum intuitus, confestim ad illum accedit, et  
 que ad stipem porrigit supplex: cui cum Ignatius e-  
 quã habebat pecunia, nummulum hilari vultu dedidit,  
 atque is (vt fit) rem ad caeteros pauperes distribuendam  
 aliusque deinceps ad Ignatium accurreret: quos ille cum  
 se per Christum obsecrantes frustrari fas esse videret,  
 à minoribus nummis ad maiores paulatim progressus,  
 breui totam crumenam ita penitus exhauit, vt illis  
 inde ad cibum illo die capiendum ostiatim essentia  
 necesse fuerit, quam rem pauperes iidem mox con-  
 cati, & maxima quadam admiratione correspondentibus  
 sanctum illicò exclamant, quibus plausibus votisque  
 nequaquam inflatus ipse, cum vno bonæ conscientiae  
 testimonio niteretur, Genuam inde sine vlla cõmune  
 profectus est. Graue per id tēpus inter Christianos Gallicae  
 vigeat bellum; & præcipua quæque Cisalpinæ Galliae  
 loca, vel Hispanicis, vel Gallicis perfidijs tenebantur:  
 que ob id ipsum valde infesta caedibus ac atrocibus  
 nera esse cõstaret; admonitus à bonis quibusdam  
 Ignatius

Ignatius est, ut per occultos tramites à via regia declina-  
ret, ni cum ingenti vitæ periculo in manus militū vellet  
incidere. At ille, quem ardens odium sui, & amor imi-  
tandæ Christi patientiæ intrepidū redderet, rectà nihil  
ominus ire perrexit. neque ita multum viæ processerat,  
cum ad oppidum nescio quod in stationes circūfidentium  
Hispanorū incurrit, qui tam periculoso ac suspicioso  
tempore exploratorē sine dubio rati, comprehensum Ig-  
natium, & in domunculam quādam seductū, blandè pri-  
mam interrogant; deinde omni vestimento, & ipsis de-  
niq; calcis ferociter exuūt, singulas partes proteruè si-  
mul & curiosè pertractant, numquid ad obfessos vel nū-  
mū, vel litterarum afferat, diligenter exquirunt. cum ni-  
hil eorum quæ putauerant, neque percunctando elice-  
rent, neque perferutando inuenirent; ira cōmoti: Atqui  
se Præfecto sistemus, inquit, & confessionem quam  
pernaciter suppressis, exprimemus: cum nihil recufaret  
Ignatius, ac tantum modo peteret, ut sua se tunica testū  
incedere paterentur; illi verò, ludibrii & ignominia  
caussa brachatum per media castra vulgo inspectante at-  
que iridente perducunt. quam ille tam insignem con-  
tumeliam excepit ac subiit alacer, cum alijs nominibus,  
num præcipuè quòd interea sibi species quædam est ob-  
iecta Christi Domini, cum à Pilato per mediam urbem  
ad Herodis tribunalia missus esset, ab eo per summam  
aulariam atque indignitatem spreti & illusi; & vniuerso  
iridente ac sibilante populo, per hominum ora semel  
atque iterum traducti: cuius opprobrii se quoque fa-  
ctum esse utcumque participem, mirificè lætabatur: sed  
ubi ad Præfecti diuersorium appropinquauit, repentino  
quodam timore perfusus, cepit subito cogitare apud  
quonam modo ipsum alloqueretur. Etenim Igna-  
tus, quòd olim in regia, sermonis flosculos & verbo-  
rum elegantiam nimium studiosè captasset, ad eam  
semitam expiandam, consultò post conuersionem in-  
tererat rudi & agresti sermone cū ipsis quoq; dynastijs  
& principibus agere; & quò magis vulgò contemneret,  
omne liberalioris educationis & nobilitatis in-  
dicium

dicium studiosè celare, tum igitur subijci illius animo,  
 expediretne tali tempore quidpiam de suscepcione  
 tate, seu rusticitate deponere. Sed cum rem totam ac-  
 ratius intuens, ab humano timore profectum ac-  
 uertisset, vsq; adeo in semetipsum animo ceteras et  
 nulla habita ratione periculi, non modo mensura con-  
 tudine, ad orationis lenocinia non delectatur, sed ni-  
 lum profus neque gestus, neque verborum honorem  
 habere Praefecto decreuerit. Quae res cuiuspiam formae et  
 meritis potius, quam consilij videatur esse. Quae  
 feruorum Dei, praesertim in ipso seruire peruenit. Et  
 eta vel dicta, ad communem sensum ac normam ex-  
 genda non sunt. Cum igitur coram illo staret, ut  
 seminudus & squalidus, ne aperto quidem capite, o-  
 los humi defigit. multa ac varia seiscitanti, nullum con-  
 nino reddit vocem. tantum ad illam intus agitorem  
 Es ne speculator? nõ esse, respondit; si dicitur de eam cau-  
 sam, ne si nihil contradixisset, silentio ipse, quod au-  
 rem affirmasse, & merito quesitorem in tam periculis  
 efferasse videretur. Tum ille insanum rursus legem  
 acriter milites increpat, quod in conspectum sui non  
 bene cognita re, dementem adduxerint; & simul obige-  
 te hunc, inquit, liberum quem dimittere, qui respectu  
 ne magis magisque irritati, cum aduersus Ducem hinc  
 re non auderent, sui doloris poenas ab inuicem legem  
 repetunt. nec modò iurgia & probra certum in-  
 re, sed etiam impetu facto, pugnis, cubitis, calcibus  
 minis latera faciemque contundere, mirabiliter  
 so verberum dolore lætantis, quod aliquid inuicem  
 ad Christi exemplum perpeti contigisset. Cuius  
 berando & conuiciando fessis denique desolatis, in-  
 ratus alius quidam miles excepit exanimem, ac rursus  
 boque recreatum insequenti luce tutum ad imperium  
 Sed antequam Genuam accederet, rursus in terra Gal-  
 lorum incidit, verum euentu admodum alio. In-  
 dem Dux, ut cum in Guipuzcoa natum audiret. Val-  
 co ipse eidem regioni finitimus, quasi populatorem  
 elementer agnouit, ac benignè tractari & multum  
 rursus

ossium postredie dimisit incolumem. Inde cum Ge-  
 nuam peruenisset, Rhotericum Portundum ibi of-  
 fendit Cantabrum, Hispaniensi, classi præpositum,  
 in Fernandi quodam regia sibi notum; cuius beneficio  
 dum Barcinonē traicitur, nihilo pacatiori vsus est ma-  
 ri, quàm terra paulo ante vsus fuerat. Etenim à piratis  
 conpsecta nauis, qui valida per eos dies classe infestum  
 habebant mare Ligusticum, ingenti nauarum labore  
 metuque manus insectantium effugit.

*Barcinone ad studia litterarum aggreditur.*

Cap. XVI.

**H**nterea Ignatium Hierosolymitana commo-  
 ratione prohibitum, grauis coquebat cura,  
 quid ageret, quodnam potissimum vitæ ge-  
 nus eligeret. ac multa secum agitati venerat  
 illi dudum in mentem, cœnobium aliquod  
 ingredi maximè dissolutum, vt ibi, dum lapsam religio-  
 nis disciplinam, & verbo & exemplo conatur ad veterū  
 instituta redigere; & cæteris aliqua re prodesset, & ipse in  
 terra quod necessariò futurū videbat ab ijs qui restrin-  
 gere nollent, multa pro Christi nomine pateretur. Sed in-  
 terius num id maximè ad Dei gloriam pertineret, quam  
 videlicet vnam in omni actione spectare consueuerat;  
 multa ac diligenti præce & ieiunio explorat numinis vo-  
 cantem: ac diu perplexus, in eam denique mentem se-  
 ducitur: plane sensit impelli, vt sine dubitatione sta-  
 neret, primum operam suam, qualis qualis esset, ne qua-  
 tuam iutra vnus familiæ cancellos includere: deinde,  
 quo laetius pateret vtilitas ac fructus animorum, eiusdē  
 consilij ac propositi idoneos aliquot adlegere socios at-  
 que adiutores: postremò, vt sine hominum admiratio-  
 neretari in adiuuandis hominibus posset, ad Sæcti Spi-  
 ritus vnctionem, doctrinæ quoque subsidium, ac litterarum  
 cognitionem adiungere, præsertim quod ea com-  
 mendantione facultatem etiam repetendæ atque obtinen-  
 dæ Hie-

da Hierosolymitanae provinciae (cuius illi cum verbis  
 in pectore) facile se ab ecclesiasticis magistratibus  
 quando impetraturum sperabat. Et quidem quodlibet  
 terarum studia pertinet, cum nodum intelligere non  
 illa sibi totum hominem fere vindicent, utas polle-  
 terim se animis quoque adiuuandis vacat, Minus  
 fam ad gregem illū suum reuerti decreuerat, ubi & spō-  
 sa in hominum mentibus pietatis virtutesque humanae  
 bonam frugem perducere, & Cisterciensis caelam  
 monachi, spectata sanctitatis ac doctrinae vi, tan con-  
 suetudine perfrui, tum industria eruditi magnoque ce-  
 piebat. Sed cum illum, contra quam putabat, decessum  
 reperisset; Barcinonem sibi studiorum idcirco sibi  
 purauit fore, propter eam maxime causam, quod cum  
 paupertatem perpetuam colere, nihilque ad domo sua &  
 cognatis accipere decreuisset; in ea vixit, ubi habebat  
 spirituali necessitudine sibi conuenientia, ut Arce-  
 balum quendam peritum; ut locis ac temporibus illis  
 ludimagistrum; & Elisabetham Rosellam primariam  
 foeminam, quorum alter operam illi gratiam in socie-  
 do, altera in quotidianos vsus quidquid operaretur ho-  
 nignè detulerat. Vt igitur Barcinonem exiit, sicque  
 Ardebalum dedit in disciplinam, recuperaret in gratiam  
 Christi matura iam aetate vir (quippe tantum tunc  
 ac trigessimum agebat annum) & elementarius propere  
 dum fieri non erubuit. Caeterum ad illa scripturae  
 menta grammaticae capienda, ediscendaque verborum  
 inflexiones & nomina, cum alia erant ei impetate-  
 to, tum illud praecipue, quod animum ad se reuocare  
 stium sensa capienda longo iam vsu promptum ad-  
 gilem, si amandi vocabulum, vel alia quaequam eiusmodi  
 vox admonuisset eorum, quae pie ac religiose cogere de-  
 cōmentari cōsueuerat, subito praene abstrahere, & in  
 in contemplatione diuinæ caritatis ac sempiternae beati-  
 tudinis tota mente raperetur. Ex quo fiebat, non solum  
 ut nihil noui mandare memoria posset, sed etiam ut  
 quid antea impressum esset, id ipsum concisio noua  
 & praestantiorum imaginū illico deleteretur, quam ipsam  
 iam

tem, quasi futura prælagiens, pro sua parte adiuuabat e-  
tiam vaser humani generis inimicus, eo maxime tempo-  
re crebra intelligentiæ lumina eidem offerens, & recon-  
dita patefaciens scripturæ sacræ mysteria. Quod ille  
cum cerneret, cumque adhibito sæpe conatu, euagatione  
hanc frustra cohibere tentasset; pro ea discretione spi-  
rituum quã diuturna exercitatione parauerat, facile sen-  
sit diaboli fraudem sese à litterarum studio reuocare  
conantis. ac, quo consilio Barcinonem sese contulerat,  
id ipsum labore ac diligentia consequi maiore in mo-  
do exoptans, hanc inijt rationem eius abigendæ mo-  
lestiæ. Templum erat beatæ Virginis, cui à Mari cog-  
nomen est, gymnasio proximum. in id templum fulis-  
sit ad Deum, eam demque Virginem precibus, Arde-  
balum pro amicitia accersit; rem illi totam, vt erat, expo-  
nit deinde se ad pedes abijcit homini, etiam atque et-  
iam obtestans, ne ab incapto desistat; se utique, modò  
sibi panis, & aqua non desit, in proximū biennium, & eò  
amplius, si opus fuerit, ad scholas frequentem esse ven-  
turum, seduloque daturum operam litteris: petere & ro-  
gare, vt ab se quotidie non minus quàm à cæteris pen-  
tum exigat; cessantem, quasi quemlibet vnum è grege  
petitorum, arbitrato suo & verbis & plagis accipiat. Mi-  
ranus viri humilitatem ac probitatem Ardebalus, bonū  
animū iuber habere, suamque illi operam denuò poi-  
licetur. Atque hac submissione victus denique dæmon  
abscellit, & importunis illustrationibus Dei beneficio  
occurrentibus, operæ præcium Ignatius facere, & liberius  
grammaticæ cognitione cœpit excurrere. Interea dis-  
tanti mirabiliter auido, & omnia studiorum compen-  
sa perquirenti, suasere nonnulli, ad pietatem videlicet  
elegantiore doctrina iungendam, vt Erasmi Rotero-  
dami, qui ea tempestate Latinitatis auctor idoneus ha-  
batur, Enchiridion militis Christiani studiosè perle-  
git. quòd ille facere cum cœpisset, celeriter sensit ea  
ratione spiritus feruorem in se quasi frigida superfu-  
sa cessingui: consultoque per preces Deo ita librum  
abiecit, vt neque in manus postea sumpsit  
ipse,



ipſe, & multo poſt, Generalis creatus, omnia ſuorum  
 illius opera in Societate leſu legi vetuerit, neo tunc  
 gula hæretico veneno infecta putaret; ſed ne quibus  
 captis facietijs ac dicacitate viti, ſenſim, viti, ab in-  
 ruptis ad vitioſa deſcenderet. Nec tamen eo tempo-  
 natius, quamquam ſtudio litterarum adeo incerto, co-  
 ſueta caritatis officia & ſtudio peccatorum omnia que  
 immo cum Barcinonem valentiore quam inde abierat  
 ſtomacho reuertiffet, nõ ille quidem ad ſacrum rediit,  
 neque orationi ita multum temporis tribuit, ſed  
 veſtitu admodum vili uſus eſt, & calceos ad educationem  
 vitandam ita perforauit, vt ſoleis paulum magis  
 magisque diſcerptis, hyeme iam ſarucate, nudo ſuo  
 plantis incederet: atque etiam ſubſectius operis, et pro  
 ſcholasticis exercitiis in ſimã doctrinã Cæſariæ præ  
 colloquia ſerere; plebẽ in ſimã doctrinã Cæſariæ præ  
 ceptis imbuere; quosdã etiam ſpirituales exercitijs ad  
 virtutem ac perfectionẽ informare. Quam rem ad  
 ratione permoti præ ceteris viri quatuor, ſcilicet Ignatius  
 ductum atque inſtitutum aggregarunt (quibus tamen  
 vt ſuo loco videbimus, in propoſito conſtantia deſit)  
 Calliſtus quidam, qui auctore Ignatio pergrammaticam  
 Hieroſolymitanam nuper obierat, alterum Anthonium  
 gnomento appellabant; tertius fuit è Gotholone viri  
 gis familia, nomine Cazerus; ad quos tunc loco  
 nes adoleſcens, natione Gallus acceſſit. Hiſ ſic ſoci-  
 etus; tametiſt ſtudioſorum metam quam petunt  
 re oprabat, quò liberius omnem curã atque operam  
 hominum ſalute cõſumeret; tamen quod ſibi mem-  
 ſat firma grammatice fundamenta recille vitioſum  
 numquam adduci potuit, vt ab Archibali diſſep-  
 deret (quãuis ad ſuperiores artes vulgò idoneus  
 tur) quoad in ſignis quidam Theologie doctor, ſed  
 excutiendum examinandum que tra diſſer-  
 tulo, ad reliquorum ſententiam acceſſit. Cum ſententiam  
 tatem & iudicium ne contemnere videretur, ſed  
 bi haud ſanè placeret, ad grauiora ſtudia  
 vnã cum ſocijs abiit.



**B**Icū ad publicum xenodochiū suo  
 more diuertisset: artium, vt appellant;  
 curriculum inijt non admodum felici  
 successu: quippe qui eadem illa prepro-  
 pera festinatione incitatus, nullo p̄ne  
 seruato vel ordine vel discrimine disci-  
 plinæ, multa & varia vno eodemque  
 tempore aggressus est; & in logicis terminos, quos appel-  
 lat, in physicis Albertum, in Theologia Magistrum sen-  
 tentiarū (qui maximè libri tum in Hispania terebātur) e-  
 noluerit, & plures quotidie in scholis audire capit inter-  
 pres; quæ res in speciem utilis & cōpēdiaria, vel maxi-  
 mo ei in id ipsum quod properabat, impedimento fuit.  
 Et enim, quod in rebus humanis serè fit, cū auidè se-  
 queretur omnia, nihil propemodum a sequebatur: & ip-  
 sa vanitas ac multitudo rerum, tum intelligentiæ tene-  
 bas, tum verò memoriæ perturbationem & confusio-  
 nem afferebat. Ad hæc illud etiam accedebat incommo-  
 dū quod in summa paupertate, non solum ex emendica-  
 tione: sed etiam aliis difficultatibus, inopiamque  
 magno labore & corporis & animi subleuabat. Præter-  
 ea, quod eius cursum vel maximè retardauit in litteris,  
 tanta cupiditate ardebat errantes animas ad bonam men-  
 tem atque ad legem Euangelicam reuocandi, vt se, quā-  
 si alieno tum tempore, continere non posset quod mi-  
 nisterium in scholasticorum circulis de vera virtute ac pie-  
 tate sermones inijceret, & in trinijs pueros plebemque fi-  
 dei Christianæ præceptionibus erudiret, & omnium or-  
 dinum homines passim ad cultum Dei, studiumque re-  
 ligionis acti, ac vehemēti oratione incitaret. Quibus ad-  
 monitionibus commoti multi cū ad sanitatem & of-  
 fensionem redirent, & crebris aliisque suspirijs veram cordis  
 reuocacionem ac pœnitentiam testarentur; ab imperitis  
 quibusdam Ignatijs in suspitionem & crimen veneficij

x

vocat;

vocari est captus: quasi homines oratione sua  
 redderet. Præterea cum insignes quædam in pro-  
 pente morum ac vitæ mutationes existerent, quorundam  
 dies hominum concursus ad Ignatium factus, hoc  
 ad sacros Inquisitores Toletum pertulit rumor. Col-  
 labat eo maximè tempore apud Germanos Liberta-  
 pestis, manabatque malum quotidie. Atque quædam  
 in Hispania ipsa, insani conatus eorum qui libere  
 natos ferebant, paulo ante magistratum dignitate  
 pressi fuerant. Quo circa sacri Quæstoris in conatu  
 modi contagionis periculum excubantibus, ut  
 ex hac hominum frequentia & inusitato grege per-  
 veriti ne quod nouum incendium exillit, Compo-  
 tum celeriter aduolant, in Ignatij doctrinam ac mores  
 diligenter æque ac dissimulanter inquirunt, cum  
 neque in dictis, neque in factis à recta hęc dicitur  
 uenirent, Ignatium ne appellant qui degen-  
 ta Vicario Archiepiscopi, Ioanni Fighera, qui deinde  
 Regio consilio præfuit, Toletum ipse ad huc aduocatus  
 reuertuntur. Neque ita multo post, Vicarius magis  
 vitæ iuris causa, quam quod rem ipsam  
 sione dignam putaret, ad Ignatij diuersionem  
 te, & pauca quædam ab eo percunctatus, ad  
 exponit, inquisitum in ipsius & sociorum vitam  
 acriter, neque inuentum quidpiam vitiosum, præter  
 suo animarum salutem operam darè, cum eo rationem  
 vno eodemque omnes habitu incederent, talis  
 nouam aliquam sectam inducere viderentur. Nam  
 ris lanæa veste cuncti utebantur, iussit ille Ignatij  
 trigram nigro, Callistū & Cæciliū rufo colore  
 adolescentē Gallū nihil mutare. nec recusat Ignatij  
 vi erat magistratibus apprimè obediens, Inter hæc  
 quattuor tere mensium spatio, cum nihil de illorum  
 di ratione remitterent, nec persuadere sibi  
 set, homines idiotas, in ijs tractandis qua ad  
 fidei dogmata pertinent, nusquam labitur, nec  
 instituit quærere, sed cum nihilominus sana  
 set, rem totam sine ullo iudicij tumultu suppressit.

inen ita multo post Vicarius idem tertiam in Ignatiū  
 quæstionem exercuit, quorundam calumnijs ac suspi-  
 cione compulsus. Confluebat ad nouum doctorem au-  
 diendum, vt diximus, populi turba promiscua. in ijs so-  
 minæ duæ honesto loco natae, grandis natu mater, & fi-  
 lia forma eleganti, hæ publicis Ignatiij adhortationi-  
 bus incitatae, vt est sexus ad pietatem propensus, adeo ex-  
 arde, vt cuncta Hispania valetudinaria peragrarè, & in  
 Christi Domini gratiam toto vitæ suæ tempore paupe-  
 ribus ministrare decreuerint. Hoc animi propositum Ig-  
 natio cuius aperuissent; dissuasit ille magno opere cum a-  
 las ob causas, tum ne cuius oculos animumque solici-  
 taret aspectus adolescentulæ; non deesse Compluti pau-  
 pers, quos officij causa, si vellent, inuiserent; posse etiã  
 operam dare sacro Eucharistia fereulo proficquendo, &  
 aliud genus obire per multa, vniufque sexui, alterius et-  
 iam ætati magis congruentia. Quibus rationibus, & si-  
 mul auctoritate viri detereritæ, cogitaram quidem illæ  
 depouere prouinciam; veruntamen eadem agitate spiri-  
 tus vi, temperare sibi postea nequiverunt, quo minus in-  
 consulto ætate incerto proficiscerentur, quo minus in-  
 certum specie aliud genus peregrinationis longæ  
 difficilisque susceperent. Giennium in Ætica est vrbs,  
 eam nonnulli Mentefam Oretandium falsò putarunt,  
 sacro Sudario in primis visenda, in quo cruce[m] sibi met-  
 bulatris expressa Christi Domini adoratur effigies. Ad  
 Sudarium venerandum, pedibus, vt dictum est, pau-  
 peris admodum confectis profectæ, duo decim ferme die-  
 bus itinere, cum in vrbe non apparetent, admiratio pri-  
 mo affiniũ ac vicinorũ orta: deinde vbi a familiaribus  
 cognitũ est peregrinantũ habitu petiisse Giennium, va-  
 re pro suo quisq; sensu rem interpretari. nonnulli proba-  
 tionibus, pleriq; reprehendere quòd eo loco sceminæ sine  
 viri. Doctor verò Cirolus, cuius in tutela erant mulieres,  
 auctorẽ eius cõsiliij suspicatus Ignatiũ, vehemeter excan-  
 didis, facinus indignũ exclamans, hominem externum &  
 forũ, in aliena patria suis concionibus cõta miscere,

& ipsas matres familias à cura domesticarum man-  
 care, nobiles verò puellas in pudicitia discimus ab-  
 cere. Atque his querimonijs Vicarium perpetuo impedi-  
 tum in carcerem, missò repente viatore, convocatum  
 aestiuum anni tempus, & satis laxa custodia impedi-  
 tum totis iam illis finibus celebrem, vel spectabilem, veni-  
 diendi causa plurimi ventitabant. quibus necesse erat  
 mirabili tum Christianæ doctrinæ rudimenta, tum co-  
 am, ubi res exigeret, spiritualium exercitiorum pro-  
 cepta more suo tradebat. Georgius quidem deus in  
 signis ea tempestate doctor, & magna apud Cæsarem  
 Cæsarem gratia, cum ad eum visendum accessisset, mi-  
 mi magnitudinè, & dicendi vim admiratus, repentinè  
 ad suos domum reuertit. Hodierna die videlicet Paulus (in-  
 quit) in vinculis. Iamque septimumdecimum diem in  
 transegerat non solum innoxius, verum etiam proli-  
 ignarus cuius criminis nomine accessisset, cum  
 interrogandi gratia (multa quippe ad eum iniqua do-  
 lata fuerant) Vicarius ipse cum scriba publico in carce-  
 rem venit. At primum (ut sic) varijs quaestionibus  
 in omnes partes Ignatij animum: deinde scilicet ex-  
 dem, obferuet ne Sabbata. cui ille, Vique in honore  
 beatæ MARIÆ virginis (inquit) nam etiam in  
 Iudaicos ritus ignoro, & verò Iudæum per me  
 nullum. Postremò, nosse, ait, mulieres quidem dicit  
 matrem & filiam? Cum Ignatius annuisset, Vicarius  
 auctor illis fuisse (adiungit) peregrinandi. Vicarius  
 hil verò minus, ait Ignatius: quin immo credo me  
 rato velim, eiusmodi concursationes & ritus  
 uersum utriusque dissualisse me: & si profectus sum  
 natio, atque adeo inuito profectus. Tum hilani  
 carius, humeros Ignatij leniter apprehendens, dicit  
 id ipsam, inquit, in custodia te seito fuisse  
 His ita peractis, ac tota serie quaestionis peractis  
 commentarios relata, Vicarius abiit. Interim per  
 tione confecta, secundo & quadragesimo die  
 lieres reuertuntur. è quibus Ignatij innocenti  
 specta, venit in carcerem scriba, & Vicarius

Ignatio recitat: qua primùm iubeatur ipse cum socijs  
 ceterorum scholasticorum habitu incedere; deinde qua-  
 triennij perfinebatur spatium sacrae Theologiae cogno-  
 scenda; ante quod exactum spatium, de fidei Christianae  
 mysterijs ad populum verba ne facerent. Quibus audi-  
 tis, quod ad habitum pertinet, nihil sanè reculabat Ignatius,  
 dum modo in id ipsum egenti sibi necessaria praebe-  
 rentur: illam verò temporis finitionem agrè admo-  
 dum tulit, quòd ea re sibi viam ad procurandam animo-  
 rum salutem obstrui cerneret. Itaque sine vlla dubita-  
 tione Salmanticam ad sua prosequenda studia migrare  
 constituit, cum sesquiannum circiter Compluti mora-  
 tur, inter eas ipsas difficultates & occupationes, non ni-  
 hil tamen è logicis, physicisque, & ex ipsis Theologiae  
 fontibus degustasset. Sed interim, ad gloriam Dei,  
 ne quid in doctrina moribusque suis resideret infamiae,  
 Toleranum Archiepiscopum (cuius in diocesi Complu-  
 tum est) sibi ex itinere ad eundem, totamque ei rem ge-  
 stam, & omnem consiliorum suorum rationem expli-  
 candam existimauit. Is erat Alfonso Fonseca, mora-  
 turusque eo tempore Pinturae à quo benignè acceptus, a-  
 nimatusque ad capta strenuè promouenda; nec non in-  
 stitutus viatico, Salmanticam venit, quòd comites iam  
 ante praecesserant, quorum ille diuersorum ignorans,  
 primum omnium sacram aedem ingreditur, vbi oran-  
 tem conspicata pia quaedam mulier, instinctu videlicet  
 numinis, vltro ad eum accessit, & seiscitara nomen, ad  
 socios iam sibi notos læta perduxit. Verùm Ignatio ne  
 Salmanticae quidem quieto esse diutius licuit. Cum enim  
 quod supererat à studijs otij, in cohortandis ad vir-  
 tutem ac pietatem & priuatim & publicè non modò  
 pueris, verùm etiam principibus viris infumeret; neque  
 verbis adiuuante Domino, frustra operam collocaret;  
 seruum in se oculos repente conuertit, vibemque to-  
 tem celeriter eius nominis fama peruasit. Erat omnino  
 mirata res, & ipsa nouitate valde mirabilis; laicos ho-  
 mines, & externa re nulla differentes à ceteris (etenim  
 in Figheroa suo sumptu Compluti scholasticorum ve-  
 stimentis

Alimnis ornarat) Apostolico ac pastorali munere  
 munere fungi palam, & sacerdotes ipsos ad quatuor-  
 re obediendas accendere. Et cum eiusmodi re generale  
 probarent, suspicerentque permulatum vero una  
 qui totam rem seculi interpretarentur, & digni-  
 tatisque exa mirandam putarent. In ipsa Domitiana  
 tres e diui Stephani præclaro cenobio, quorum  
 rum pro potestate non erat eiusmodi quæstio, cum  
 quo erant caritatis ardore, sui suum rati quod com-  
 nem ad rem totius Ecclesie pertinere. Ignatius re-  
 re, spiritumque ipsius, & doctrinæ genus, & virtute-  
 rum expendere omnino constituunt. Interim ipsius  
 huiusce consilij Ignatius confessarius ex ipso cenobio  
 sibi delegerat. Is igitur confessarius aduenit cum Vi-  
 carij (nam prior, seu cenobiarcha tum abbas in pace-  
 mum Dominicum diem ad prandium inueni, nec re-  
 nuenti, Fac (inquit) paratus accedat, quare in die  
 pauca. Ac nihilominus, ubi dies aduenit, sui caritate  
 ne promissa fecit Ignatius. Exceptus est cum re-  
 mitibus Callisto, comiter. Sublatis deinde mensis, vnum  
 que Vicarius cum eodem confessario, & alio clericis  
 in sacellum quoddam seducit. confidens enim. Tum  
 blando vultu Vicarius Ignatium inueniens, quædam  
 modum inquit, ac valde probare, quod sic eam locum  
 Apostolicum in morem peregrinando populus docet  
 atque ad cultum Dei, ac studium pietatis, capillato-  
 rum tamen auere se nosse quibus maxime litteras  
 ram dederint. Cum id quod erat, Ignatius, tunc  
 etos fateretur esse: Quid igitur, inquit, expertus dicitur  
 conciones de rebus diuinis habetis: Nos vero in  
 tudine, de vitij scditate, cum occasio sese dicit, com-  
 ter & ex æquo loco differimus, atque homines ad  
 um peccatorum, amoreque prohibitis haurire ad-  
 ea Vicarius: Sed vtrique de virtutibus vniuersalibus  
 raliū artium cognitione disputari non potest, vel a  
 magistris & libris accepta, vel in fusa diuinis: in  
 ro neque litteris, neque doctoribus operam deditur

ipsi fateamini : restat igitur vt Spiritu sancto vobis hæc  
 tradita sint, atqui hoc ipsum est de Spiritu sancto, quod  
 maxime quærimus. Tum Ignatius vt peti se vidit repen-  
 dit dilemmate, cum aliquantulum substitisset : De  
 his, inquit, hæcenus. Cum nihilominus instaret ille, ac  
 Spiritus sancti verbo hominem vrgeret, oppressus Igna-  
 tius tam perseveranti interrogatione, in eodem tamen  
 gradu constantiæ perstitit, seque nihil præterea respon-  
 surum affirmavit, nisi quibus legitime interrogandi ius  
 esset. Quo loco Vicarius : Ita ne verò ? inquit. Cum no-  
 ve impostorum sectæ quotidie pullulent, & in errorem  
 & fraudem ita multos inducant ; vos in reddenda ve-  
 stræ doctrinæ ratione tergiversamini ? Atqui efficiam vt  
 omnino reddatis. Triduum deinde in sacros cœnobij si-  
 nes detinentur, atque humanissimè tractantur à fratri-  
 bus. Eo spacio exacto, ecce tibi à Baccalaureo Fria, Vi-  
 cario Salmanticensis Episcopi, notarius ambos perdu-  
 cit in carcerem, includitque separato à reliqua reorum  
 turba conclaui, mirum in modum squalido, ac perue-  
 nulo, odoriq; deterrimi ; cuius tectum medium stipes  
 lignæus falciebat, ac stipiti ferrea catena erat affixa do-  
 decimum longitudinæ circiter nouè, bifida ad extremū  
 sine. huc ergo carere altero vtrumq; pede adstringunt,  
 sicut nusquā alter sine altero, p̄gredi, aut loco p̄ne mo-  
 uere possit. Igitur tota ea nocte per summū corporis  
 incommodū nulla capta quiete, in hymnis & canticis p̄sti-  
 tere, postridie vt per vrbē vulgata res est, cōtinuò boni vi-  
 ri cōplures cū stragulis, culcitrisq; & ciborū apparatu ad-  
 fuerūt, quorū benignitate recreat⁹ Ignatius, ac paulo cle-  
 mentius haberi deinde in ea custodia captus est. Itaque  
 ante Compluti, sic eo tempore cōcursus ingens homi-  
 num ad eum fieri, ad quos ille admirabili tranquillitate,  
 de contemptu rerū humanarum, de futuro extremo iudi-  
 cio, deque sempiternis præmijs atq; supplicijs diserebat.  
 His Francisco Medoçe (qui postea S. R. E. Cardinalis &  
 Episcopus Burgēsis est mortuus) miseranti casum ipsius,  
 & amicè ex eo quærētij, grauitè ne ferret custodiā & vin-  
 cula : Tantum ne malum tibi videretur esse carcer ? inquit



Ignatius. atqui, scito, vrbe Salmantica tota nos in mal-  
 tas esse compedes, manicasve; quin ego plures Christi  
 Domini causa vehementer exoptem. Interca Bacalau-  
 reus Frias ad carcerem accedit, Ignatium & Callianum  
 diuersos interrogat, ac varijs percontationibus, quos  
 haberi à iudicibus solent, vtriusque sentus & animi dili-  
 genter explorat. Cùm illi congruentia responderent,  
 nec modò sibi, sed etiam inter se mirè conlitter; de-  
 que librum Exercitiorum, de quo inaudierat, pollicere  
 recusat Ignatius; qui etiam sibi præterea esse res in ca-  
 dem vrbe socios aperit, editque diuersorum nomina, no-  
 tas, quibus inueniri sine errore possint, neque res super-  
 sedit ille missis licitoribus eos in carcerem tradere iube-  
 riorem; ne quod ijs colloquium cum Ignatio, neu qua  
 communicatio consiliorum esset. Post hæc, ablatum  
 Exercitiorum librum & ipsemet accuratè perlegit, & ex-  
 aminandum præterea tradidit tribus Theologorum docto-  
 ribus: qui dum singula diligenter expendunt, præterea  
 terrea res ad innocentiam Ignatij & sociorum declaran-  
 dam non leuis momenti. Cùm enim carcer, qui in vin-  
 culis tenebatur, per negligentiam custodum in carcerem  
 carcere omnes repente dilapsi essent: Ignatius commo-  
 que soli in summa fugiendi licentia potuit eisdem  
 inuenti sunt, & cunctis admirantibus, approbanti-  
 busque, confestim in amplam domum & commodam  
 inde magistratum iussu traducti. Citatus præterea Ig-  
 natius ad Bacalauream, & reliquos libri sui recogno-  
 res, cùm & de Exercitiorum ratione, & de præceptis  
 dei Christianæ mysterijs multa ex eo quærentur,  
 paucis ac demissè præfatus, neque se vacasse admodum  
 litteris; & quæcumque sentiret, dicereve, Ecclesiastico  
 iudicio & censura cuncta submittere; ad singulas qua-  
 siones de sanctissima Trinitate, de Incarnatione Domi-  
 ni, de sacramento Eucharistiæ, aliasque complices na-  
 respondit, vt iudices ipsi pæne obstupescerent. Præterea  
 è iure canonico proponitur ei difficilis quidam nodus,  
 quem ipse, cùm item responsa Doctorum se ignorare  
 xisset, illico soluit egregiè. Postremò iussus primum De  
 calogi

alogi præceptum, uti consueuerant ad populū, sic ibidem repente explicare; in eam sententiam vsque ad evariē & copiose dixit, ut omnem illis præterea interrogandi cupiditatem exemerit. His rebus ita peractis, cum dies vinculum esset secundus iam & vigesimus, vnā cum socijs euocatur ad iudicium sententiam audiendā. cuius erat summa, innoxios eos, & ab omni hæretica la-be intactos videri, ac proinde posse arbitrato suo in adiuuandos homines ac plebem erudiendam incumbere: tantum ne intra quadriennium in Theologiæ studio ex-actum, quæ cogitatio lethali, quæ veniali crimine teneatur (qui locus in toto pene iure Pontificio ac Theologia difficillimus est) auderent ipsi per se definire, atque statuere: id autē propterea quod in Exercitiorum libro signa quædam tradita viderant iudices ad peccata capita lia a venialibus dignoscenda: quæ tamen quod nihil cō-nerent à recta fide alienum, nominatim improbare nō uidebant. Recitata sententia; cum honorificè tractatum ab se Ignatium putarent iudices; ille verò suis rebus è conscientia apprimè confidens, vehementer indoluit, ab ijs quos veræ & Catholicæ fidei tutores ac præsides agnoscebat, nullo in suis neque dictis, neque scriptis deprehenso vitio, tamen in re tanta tamque necessaria sibi solutiū imponi; atque iter ad excolendos ac pro viribus adiuuandos homines impediri. Que ipsa res inclinatum iam ante animum eius impulit, uti satius iudicaret ex hisce difficultatibus quas in Hispania obijci sibi subinde uidebat, ad scholas Parisienses in Galliam vltro sese transire: vbi tum ob suam nouitatem, & eius linguæ inscitiam sibi minus interim negotij putabat fore, tum propterea illius academiæ celebritatem atque frequentiam, non defuturos deinde quos ad suum institutum, atque ad Apostolica vestigia sectanda perliceret.

Lutetiam proficiscitur.

Caput XVIII.



T quoniam ad iter ad eorum iniqua  
 & anceps, non idem erat: licet an-  
 mus: atque etiam, ut maxime inco-  
 lumes eo peruenissent, necesse erat,  
 apud ignotas nationes quam copiam  
 in studijs litterarum degen-  
 dent habituri; communicato cum  
 ijs consilio itavit Ignatius antecedere solas ipsa Lute-  
 tiam: & siquidem res facultatem habitura valeret, ut  
 eos ibidem alere posset, ipsos euocare per litteras, si  
 minus, tota de re facere certiores; ut quantum dicer-  
 sis locis, eadem tamen coniunctione animorum, emen-  
 so interim philosophiæ ac Theologiæ cumulo, inter-  
 missam ad tempus consuetudinem, Deo volente de-  
 de repeterent. Rebus igitur ita compositis, quoquam  
 præcipua Salmanticensi nobilitate multis ægeret  
 bus, ac maiorem in modum renitentibus, viginti  
 ceter die quam è custodia exierat, in viam deinde Iga-  
 tius, onustum libris asellum præ se agens ac fami-  
 liares, omni ope certandum illi fuit, ut se à larva  
 atque à complexu carorum auelleret, etiam atque etiam  
 deprecantium, ne patriam cum externa regione muer-  
 ret, neu se tali tempore in manifestum vice periculum  
 vltro demitteret. Vigebat adhuc bellum inter Hispanos  
 Gallosque, & circa regni vtriusque præcipue limas so-  
 festa latrocinij loca, & recentes multorum cauda ad  
 metum proponchantur. Sed ille nec terrore, nec periculo  
 de suscepto consilio demoueri se passus, certe illud ter-  
 rare non potuit, quominus tum ad sumptus itinera,  
 tum ad necessaria Parisijs comparanda, numeratam  
 aliquid partim in numerato, partim in nominibus ab  
 Elisabetta Rosella, & alijs quibusdam amicis acce-  
 pit.

ret. Quibus ille subsidijs, ac præcipuè diuinæ bonitatis ope munitus, hycme summa, pedibus, vt solebat, nullo duce vel comite inde profectus est sub initium anni MDXXVILL. cumque Ianuarium totum in itinere posuisset, Februario mense Lutetiam sospes introiit: ibi quod ad studia pertinet, respiciens, per exiguum præteriti temporis fructum, rationibus suis accuratè subductis ad Dei gloriam statuit in litteras toto pectore incumbere. cumque experiendo iam cognouisset, eam esse humanæ mentis imbecillitatem, vt in plura vno eodemque tempore vix atque agere sufficiat, damnata prius destinatione, in posterum, compendijs omissis, regia via procedere, & studiorum suorum nouum initium ordi decreuit. Igitur ad Mōtis acuti collegium itare quodam, ibique inter procacium puerorum greges, maturam aetate viri, grammaticæ rudimenta repetere non indignatus est. Simul etiam de statuto precatōnis tempore, vexatione corpusculi, quod plus otij ac virium studio superesset, multum imminuit, sic tamen, vt illa præcipue iria nunquam omiserit: primum, vt quotidie sacrificio Missæ religiosè interesset: alterum, vt octauo quoque die post pœnitentiæ sacramentum cælesti pane sese absteret: extremum, vt bis quotidie sua eius dici dicta, facta, cogitata quàm diligentissimè recognosceret; confectaque hodiernum cum hesterni die, hebdomadam cum hebdomada, mensemque cum mense, suos in spiritu vel progressus, vel regressus perquam accuratè exploraret atque perpeaderet. Procuracionem quoque alienæ salutis, & institutam consuetudinem agendi cum proximis, tantisper dum litteris, ac præsertim philosophiæ vacaret, aliqua ex parte remisit, numquam tamen omnino deposuit.

*Extrema*

*Extrema inopia incommoda superat.*  
 Cap. XIX.



AM verò, satis vsu iplo edoctus, quatum detrimentum studio efficitur: modicitas, & cura toleranda in singulis dies vitæ; & nihilominus opus Christi Domini & Apostolorum exemplo nihil profus in hoc saeculo polliceri: priorum benignitate ac sollicitudine totam rem ita moderari constituit, ut neque in diem, & antea, precario victitaret, & nihil idcirco de voluntate paupertatis proposito meritoque deperderet. Sed in primis utique mensibus minimè cessit illi eleemosina. Cum enim sese in Hispanorum aliquot civitatibus contulisset, qui plurimi Parisijs ipso bello tempore versabantur, & exactam è syngrapha Barcinensium pecuniâ cuidam ex eadem natione custodiendam dasset, curâ ille clam suos in vsus non optima fide conuenit, curâque postea reddendo non esset, reliquis iam tantum sumptis Ignatius, & à locupletibus amicis, quorum opâ adiuuari posset, longo intervallo disunctus, subitò rerum omnium inopia oppressus est, ut eorum sollicitim quærere quotidie, & in hospitalem facti famulidomum, infinis precibus exorato eius loci peribidemigrare necesse fuerit graui sanè incommode. In urbe Lutetia Parisiorum, vrbs in primis Europæ magnitudine & celebritate visenda, trifariam est in partem vnam, quam Sequana fluius insulam efficit, & in partem veterem, foro, & tribunalibus nobilem, vulgò Curiam appellant. altera, quæ nouam regiam comitatus, & in partem ultimam dicitur, tertia pars iam inde à Carolo Magni cæcâ Musis, Vniuersitas nominatur. in hac parte ceterarum incolarum turbam, scholastici maxime, & quæ ac numerantur ibi collegia permulta libero alio, & suis vnumquodque liberalium artium discipulis, & præfecto collegij, quem Primarium vocant.

Igitur ex ea vicinitate in sancti Iacobi hospitium, quod  
 procul inde est in suburbio, extrema necessitate cōpulsus  
 Ignatius, in tanto locorum interuallo, cū alijs afflicta  
 batur incommodis; tum verò quòd cū ante lucem in  
 academia inciperent scholæ, nec nisi nocte desinerent;  
 ipse, illius hospitij legibus, nec manè ante solis ortum e-  
 gredi poterat, & vespere ante occasum regredi cogeba-  
 tur, sic vt inter eundem & redeundum, quamuis indu-  
 strio ac vigilantissimo discipulo multum & de magistri dicta-  
 tis, & de tota scholarum exercitatione deperiret. Cui  
 tanto detrimento cū in presentia nullum aliud reme-  
 dium occurreret, consilium cepit more scholasticorum  
 egentium ea conditione locandi operam suam alicui ex  
 academiæ Primarijs, doctoribusve; vt quòd sibi à rebus  
 domesticis otij superesset, id totum in scholastica disci-  
 plina, studijsque doctrinæ consumeret. Sed magis ma-  
 gisque probante Deo constantiam & patientiam viri;  
 conditione eiusmodi, quamuis magna adhibita diligen-  
 tia, nactus est nullam. Itaque deiecit hac spe, cū id ge-  
 ramnosæ vitæ genus aliquandiu tolerasset; & quos in  
 Hispania reliquerat socios, de statu rerum suarum per  
 literas monuisset, hortatus vt ibidem ex condicito citcu-  
 lum studiorum absoluerent; rationem iniijt multo com-  
 modiore, vt indictis vacationum ferijs, in Belgium, at-  
 que interdum etiam in Angliam siue Britanniam, ad His-  
 panos negotiatores excurreret: quorum benignitate cū  
 facile obtinuisset annuam pecuniæ summam Lutetiæ  
 toto studiorum tempore certis pensionibus exigendam,  
 commodius multo cæpit in liberalium disciplinarum  
 cognitione versari. Cumque octodecim fere menses La-  
 tinæ linguæ tribuisset in Montis acuti collegio, in colle-  
 gium cui à sancta Barbara nomen est, ad Philosophiæ  
 studia transijt alacritate mirabilis ac primùm occurrans  
 de nouo rerum cælestium importunas imagines, quã-  
 ram eximia cum animi delectatione coniunctas, ca-  
 tem spiritus constantia, qua superiores illas, iterum ab-  
 creiecit, ac repulit, deinde magistris attentè audiendis,  
 multa ac diligentius eorum quæ audierat commentatio-

re, quotidianis denique gymnasij exercitationibus, annis & mensibus sex (quod spatium temporis in solo philosophiæ in academia illa tribuunt) præcipue, ut honorifico magistri iudicio ac testimonio (Serenus Penna philosophus) post consueta certamina solemnè, laurea, cæterisque doctrinæ insignibus decoratus sit. Post hæc in cœnobij Dominicanæ gratia locum Theologiam aggressus est, ingenti suæ leuæ & industria, cum præter cæteras lucubrations, præstiterit, quotidie manè ante lucem ad scholas, quæ illi circiter hora ibi habebantur, accederet, atque ex illis diebus tantum Deo adiuuante perceperit, quod suis diebus ad fidei doctrinæque suæ rationem, sine ulla ratione vlla nouitatis, ex Patrum decretis atque constitutionibus reddendam.

*Variè propter Christum exercetur. Cap. XX.*



**N**EQUE verò, quamuis in omnibus catechesi atque a publicis actionibus abstineret, idcirco tamen, quia per scholas licitum est, ad adiungendis ad CHRISTVM beneuolentiam animandisque ad studium veritatis & gloriæ destitit. quæ propter inuicem infimæ fortis viri, priuatis ipsius colloquiis, monitis incitati, partim castigato vetere laxa, Cheloniæ disciplinæ seueritatem induerunt; partim eius solemnè voto varia religiosorum instituta prædilectè, partim denique ingenti academiæ totius admittentem in Christi gratiam pecunia egentibus dilectè, partim vitam agere, atque adeo ad conculcandam partem omnem sæculi fastum, & expianda superbia carnis, palam per vicos & compita manum ad stipem prope rigere, victumque palam emendicare ceperunt, quæ tamen amici, rem indignè ferentes, cum neque precibus, neque minis à proposito reuocare valuissent, tandem denique ab hospitali domo sancti Iacobi quæ sita est

mulerant, vi armisque in pristinum academix diuersori-  
 um ad sua profecquenda studia retraxerunt. Ignatius ve-  
 ro tantam eiusmodi rerum inuidiam subij, vt præter ce-  
 teras iniurias & maledicta, falsis etiam criminationibus  
 ad sacrum Inquisitorem semeliterum delatus sit. Is erat  
 ea repositate Matthæ Ori, ex Dominicana familia Theo-  
 logix magister, tū eruditione, tum probitate conspicu-  
 qui accusatorum fraude comperta, Ignatium non absol-  
 uit modo, sed etiam miris ornauit laudibus, ipsum que  
 Exercitiorum librum, qui præcipue in suspicionem cri-  
 menque vocabatur, tantum absuit vt damnaret, vt sibi  
 eam eiusdem exemplum Ignatij permissu desumpse-  
 rit præterea absolutionis ac sententiæ formulam, publi-  
 cè scribta chirographo & signo munitam, quam contra  
 iniquorum calumnias, quando cunque opus esset, profes-  
 ter, tametsi minus gratum id potentibus quibusdam vi-  
 ri fere videba, Ignatio petenti concessit. Neq; verò pro  
 Christi nomine solum hac falsæ accusationis procella  
 defunctus Ignatius est; sed eorum ipsorum opera, qui illū  
 deinde vel maximè dilexerunt, virgarum queque pub-  
 licè periculum adiit. Mos est Parisijs in scholasticos im-  
 probos ac seditiosos, ad sancendam academix discipli-  
 nam, in hunc fere modum animaduerrere. Dissimu-  
 lato consilio, ad condictam diem in aulam collegij Pri-  
 matius, magistrisque nodosa instructi virga conueni-  
 unt: comprehensumque repente noxium, & in medio  
 consessu nudatum, certo plagarum numero singu-  
 la afficiunt. Id supplicij genus cum ad sensum corporis  
 peracerbum est, tū verò ad ignominiam ac dedecus  
 longe turpissimum, de que ipsius loci nomine aula vul-  
 go appellatur. Hunc igitur cruciatum ac horam male-  
 rari constitutam, Ignatio infanti, quod condiscipulos  
 suis præcipue diebus à schola ad oratorium & sacra-  
 mentaria Confessionis Altarisque traduceret, vchement-  
 eratus magister ipse Ioannes Penna parauerat, Iacobo  
 Louca Lusitano collegij Primario in suam sententiam  
 male adducto, quippe qui iam ante privatim erat infen-  
 sus Ignatio, quod familiarem quendam suū, Amatorē  
 nomi-



nomine, seuerioris vitae præceptionibus imbutus, & (vt pietatem ferè interpretantur homines) iuuenit  
 abductum à curis inanibus, & iucundo concubitu  
 rum, atque à pristina consuetudine. Vt igitur discipulo  
 plicio dies illuxit aduentans iam ad scholas, datus  
 fideli maturè monetur Ignatius, ne intra collegij  
 vtiq; illo die inferat pedem; concitatos nam est  
 omnium animos; poenas aulae daturum extempore  
 ueat. Ad cuius rei nuntium ancipiti deliberatione  
 stus Ignatius, quòd & pro Christi nomine vetera  
 contumelias perpeti mirificè optabat, & supplicij  
 homines adeo turpis infamia, metuebat ne conuulsa  
 è iuuentute, ipsius opera iam ad meliora conuersio  
 dum in bono stabiles, à sua consuetudine aque auto  
 ritate auocaret, iterq; sibi ad alios etiam deuotus  
 flo lucrifaciendos abrumperet; totam rem ad ipsius  
 uea arbitrium iudiciumque rejicere statim quòd illi  
 cognita decreuisset, id ex diuina maxime gratia &  
 luntate futurum, neque de eiusmodi sententia  
 ci denuntiationibus precibusve demoueri potest, &  
 quam horrenti poenae imminenti & terribili, &  
 tenti carni vim fortiter intulit; ingressus, & in  
 rectà Goueam petens nondum è cubiculo egressus  
 cido ac sereno vultu, & altam animi pacem ac seren  
 tatem indicante: Si mea mihi (inquit) exultatione  
 incolumitatis, quàm diuinæ gloriæ, saluissimæ  
 rum cura prior esset ac potior; nequaquam dedissem  
 pedem intra fines huiusce collegij posuissent. super  
 nim antequam huc venire, ignarus eram Goueam  
 tum è vestra omnium indignatione dedecore, poenae  
 cerba tormenta me mancant. Sed quoniam nunc  
 no mihi vel ad meritum optabilius, vel ad vitam  
 tatem præclarius duco, quàm Christi Domini causa  
 grauiam tamque multa pro me perfuncti, vultus  
 bra, plagas, mortem denique perpeti; idcirco mortem  
 ad scholas accessi, & vltro memet in carceris & corpor  
 ris & fame discrimen obieci. Verum enim vero  
 non modò quid votis meis ac desiderio, sed etiam

proximorum rationibus, & sempiternæ salutis condu-  
 cat, caritatis lege considerandum est. Multos habeo a-  
 dolescentes Dei beneficio nuper è cœno flagitiorum e-  
 merfos, ac vix dum auulsos ab improborum pestilenti-  
 consortio. hos ego vereor, ne si me in tam honesto con-  
 uentui publicè vapulasse constiterit, à meo sermone  
 congressuque proctinus auocet infamiæ metus, ac proin-  
 de, ut sunt flexibiles hominum voluntates, ad eadem il-  
 laxa quibus paulo ante adhæserant, ingenti dæmo-  
 ni gaudio, & feruor ætatis, & prauæ consuetudinis  
 ætus abripiat. Simul etiam (verum ut fatear) tui me Go-  
 uea, doctoris que mei Pennæ me miseret, qui Christianã  
 pietatem ac fidem sacramento professi, cæterisque ad  
 exemplum iustitiæ virtutisque præpositi; CHRISTI  
 famulum, CHRISTI causam agentem, ad eò accer-  
 be insectamini. & qui, qua pœna lex affici iubet eos  
 qui scholasticos deprauare, magistris illudere, seditio-  
 nis consistare voluerint; eadè dignum iudicatis cum, qui  
 inuentem à vitijs, doctores à iurgijs, academiam à  
 stimulis vindicare conatur. quæ quoniam mecum  
 ipse reputans, non leuis momenti dueebam esse, quam-  
 quam cupidus inimicorum odij vel meo sanguine ex-  
 plecti, tamen pro nostra necessitudine deesse nolui,  
 quominus eadem tibi quoque, integra etiamnum re,  
 consideranda proponerem. Mihi, ut dixi, pro Chri-  
 sti nomine vexari ac torqueri optatissimum est: iamque  
 videretur, sponte ad patibulum pergo. tu, Lutetiæ Pari-  
 sorum, à sanctæ Barbaræ collegio, in eiusmodi causa ta-  
 le documentum vel pietatis vel æquitatis dari an expe-  
 dia, pro tua sapientia ac religione constitue. Vix dum  
 legatus dixerat, cum Gouea, vir & ni concitaretur ali-  
 quide, sitopte mitis ingenio, & tum in instinctu diuino val-  
 de compunctus; illicò capta damnauit, ac maiorem in  
 modum detestatus est; apprehensumque amicissimè Ig-  
 natium deduxit in aulam, quò iam collegæ cum reliqua  
 turba parati conuenerant. Ibi silentio indicto, repente  
 contra omnium expectationem de Ignatiij laudibus

orationem instituit; viri fortitudinem in nocentem, peccatam extollens; se ipsum, & ceteros qui in eo periculum stituerant, vehementer acculans; quam lenitiam cum multa dolenter grauitateque dicitur extremum obortis lacrymis, ad Ignatium genitum pariter, precatusque delicti veniam, & apud ceteros suam in amirationem gratiamque restituit, & ipse in eorum deinde rationem & locos precipuo amore studioque cooperatus est.

*De socijs ad Ignatium adiunctis. Cap. XXI.*



**H**ASC igitur, aliaque cuiusmodi sectationes atque penes Ignatium Christi causa contraxit, acriminam plurimorum opoque sibi gratiam ac beneuolentiam equis artibus peperit. Fuit enim ille, per se diuinitus infusa charitate, multum etiam atque efficax ingenium & studium ad sanctorum minus demerendos, in principum amicos opportunè insinuare sese, easdemque obsequio & humilitate tueri; pares facilitate ac suauitate morum adire; superioribus, & egentibus, auctoritate, opera, nonnullis angustijs etiam pecunia præsto esse; morbo aliquo laborantes vel eum valetudinis & contagionis periculo aere, solariq; amantissimè; eorum quibus cum vocarentur, re, vel difficultatem naturæ, & arrogantiam, vel inceptas ac stultitiam, quoad ita res ferret, celeritate dissimulatione mirabilis; ad aliorum arbitrium aduocatum, quibuscunque rebus honestè posset, tempore commodare se ac flectere; omnibus denique in Christi gratiam omnia fieri: ubi penitus in humanis sensibus ac voluntatibus irrepserat, tum demum ceteros beneuolentia comprehensos occupare seque, quemque quemque captum, sensim & cautè progredi. Christianæ religionis & officij præceptionibus ac legibusque his fermè artibus, & simul sanctimonie ac integritatis exemplo, multos, ut diximus, à turpi ac dissipata

vita non modò ad sobrietatem & continentiam, sed etiam ad còtemptum rerum mortalium, atque ad salutaria consilia CHRISTI conuertit. Complures præterea hæreticos, grassante iam tum peste Lueriana, tempestiuus disputationibus monitisque conuictos, ad sancta Romana Ecclesia in gratiâ secreta abiuratione erant. Iam verò, quod ei vel in primis propositum initio fuerat, vt aliquos ingenio doctrinaque præstâtes, ad suum institutum ac vitæ rationem aggregaret; in id ipsum per Theologiæ maximè tempus incubuit; adiunxitque sibi, Deo bene iuuante, iuuenes nouem ex academia vniuersa lectissimos. quorum primus fuit Petrus Faber Allobrox, pago Villareto Gebenensis diocesis humili natus loco, sed egregiè pius, quippe qui duodecimo ætatis anno per summum sanctimoniam studium virginitatè Deo vouerat; idemque ad litteras à vitâ pastorali traductus, tantum ingenio industriaque profecerat, vt eum in locis Aristotelis difficilioribus magister ipse Penna consulere. Hunc igitur Ignatius & studiorum & contubernij communione sibi coniunctum; licet socium gloriosi operis ipso initio destinasset, non tamen còtinuò illi remperuit, neque ad tantam perfectionem impellere conuersum aggressus est. sed còscientiam excurere, & in se ipsū quotidie diligenter inquirere primū edocuit, deinde ad totius ante actæ vitæ noxas per sacrâ Confessionem expiandas adduxit, postremò, cum iam philosophiæ curriculum exegisset, spiritibus exercitationibus perpoliuit adeo propensum ad pœnitentiâ, tantoque animi ardore succensum, vt hyeme summa, concretū glaciæ flumē sequantâ plaustris impune premētibus, in separata Iacobei vici domuncula propositas meditationes, & quidē insidens niui sub dio peregerit, sexque ipsos dies omni proscibij poruque abstinerit, inediâ lōgius utique, ptracturus, nisi eū, re animaduersa, cōsultoque suppliciter Deo vetuisset Ignati? & sanè respōdit operi fructus. Cū enim antea eligēdo certo vitæ genere Faber mira animi sollicitudine;

dine, varijsque scrupulorum molestijs adeo mone-  
retur, vt præ nimio angore sese in auias abderet  
dines, ibique radicibus herbarum victitare pene  
neret; ex hac spirituali exercitatione vocari se vult  
Ignatio ad animorum subsidium non dubitavit  
tantam ipse pacem ac tranquillitatem consequi  
sequutus, vt ex vehementissima tanquam agri  
ac falo, placidum tutumque portum se diuque  
esse profiteretur. Ex eodem contubernio Facetus  
quoque Xauerius nobilis Cantaber, idemque non vul-  
gari eruditione, quippe qui laurea magistrali donatus  
Lutetia postmodum publicus Aristotelis inuicem  
exstiterit; quamquam principio ita non modestus Ig-  
natijs, vt eius pietatem (vt fit) etiam procerum mone-  
ret; tamen viri tum patientia, tum obsequio adeo de-  
nitus est, vt ad illius ductum abritumque se conti-  
no contulerit. Hunc & diuitiarum affluentiam & vici-  
do ingenio, & viribus corporis praefecit Ignatius, in can-  
li prudentia ac lenitate mansuefecit Ignatius, & vici-  
que rerum humanarum despicientiam, & vici-  
dorem paulatim adduxit, vt inter ipsa <sup>luculentissimam</sup>  
tualia, tum ad carnis macerationem quamvis  
iunus omnino transfegerit; tum verò, quod non  
num greges defultor eximius, corporis agilitate  
nimium placuisset; ad eius piaculum vanciam, mun-  
bris valido fune perstrictis, non sine acris sensu  
ris dies aliquot incommensurandi orandique labore  
attentione perstiterit. Hic est Xauerius ille, qui non  
multo deinde post, Ioannis Lusitaniae regis rogante  
auctoritate Pontificis Romani missus in Orientem  
nus Apostolico spiritu, tota India maritima  
laboribus ac periculis peragrata, in vicinas  
rum terras Euangelij lumen primus intulit, &  
genti infidelium numero ad CHRISTUM conuer-  
sio; multis claris miraculis, in ipso aditu  
excessit è vita. Porro Xauerium & Fabrum imitari  
Iacobus Laines Seguntinus, qui deinde Societas

fræ proximus ab Ignatio præfuit, vir de Christiana re-  
pub. in primis optimè meritus; & Alfonso Salmeron  
Toletanus, Græcis & Latinis litteris admodum eru-  
ditus: vterque confecto Compluti philosophiæ curri-  
culo, Parisiisque partim Theologiæ causa, partim et-  
iam Ignatij noscendi gratia profecti, cuius de laudi-  
bus iam tum in Hispania, constanti hominum sermo-  
ne multa cognouerant. Accessit ad hos etiam Nico-  
laus Bobadilla Palentinus, doctus iuuenis, & philoso-  
phiam publicè professus in oppido Hispaniæ Pintia:  
nemque præstanti indole Simon Roterigijs Lusita-  
nus & post aliquanto, Claudius Iaius Gebennensis, &  
Ioannes Codurius Ebredunensis, Paschasiusque Broc-  
tus Ambianensis, Fabri præcipuè (cuius iam erat no-  
men Parisijs celebre) monitis & exemplo permoti.  
Hi omnes, impulsu planè diuino, cum alter alterius  
consilium ignorarent, post exactissimam totius vitæ  
confessionem spiritualibus exercitijs ab Ignatio per-  
quam diligenter exculi, vehementi quadam spiritus  
motive se non quidem in vmbriam ac solitudinem,  
sed in solem ac puluerem euocari ad prælia Domini  
pælianda senserunt. nec fuit è nouem vllus fere, quin  
ad propitiandum cæleste numen, eiusque voluntatem  
suppliciter exquirendam; præter cæteram abstinenti-  
am, & incommoda voluntaria, tridui, vt minimum,  
totius in ediam sponte pertulerit, nimis audaci fortasse  
consilio; nisi eos & multorum exempla, & seruos si-  
mul ætatis ac pietatis excuset. Hosce igitur socios Dei  
beneficio nactus Ignatius (quorum tres erant supersti-  
tes hæc scribente me, Salmeron, Roterigijs, & Boba-  
dilla) quod iam diu moliebatur & agitabat animo, re-  
pta aggredi primo quoque tempore statuit; vt Hiero-  
solymam Pontificis maximi permissu repereret, gen-  
tesque finitimas Christiana quondam religione præ-  
stantes, deinde Mahometis nefaria superstitione decep-  
tas, vel à miserabili errore ad veritatem Evangelij  
reuocare, vel certè (quod erat proximum) sanguinem  
ac vi-

ac vitam in cauita tam pia tamque gloriosa profunde-  
 ret. Neque sanè difficile fuit, cæteros iam sponso cum-  
 tes, & Dei amore incensos, in eandem sententiam d'ra-  
 positum adducere. & quia plerique Theologæ tunc  
 nondum absoluerant; ne interim conceptus ardor ani-  
 mi refrigesceret, & simul vt ipsorum eò grana d'ra-  
 maiestati obsequium esset, quò maiorem libere p'be-  
 cessitatem seruitutis ac religionis impollicent' con-  
 plorato beatissimæ Virginis patrocinio, ac sancti Do-  
 nysij Arcopagita, cuius in tutela Parisij sancta de sub-  
 urbana, quæ Mons martyrum dicitur, sub Cælesti-  
 sionis & Eucharistiæ mysteria sese voto obstruere  
 singuli, emensis Theologiæ spatijs continuo maribus  
 reb' nuntium remittendi, atque in pauperum repe-  
 tua seruiendi gloriæ diuinæ, salutique animarum: et  
 nominatim, ad constitutam diem Hierosolymam eò  
 consilio nauigandi, vt in conuersionem iherosolymitanor-  
 to pectore incumbere; palmamque martyrii obli-  
 se captarent. id consilium si qua re impediret, aut  
 circumactò spatio denique Romam adirent, summo  
 operam summo Pontifici CHRISTI VIXIT ad  
 spirituale proximorum auxilium sine vlla vel p'zenti  
 pactione, vel temporum aut locorum excepçione de-  
 ferrent. Id votum in eo templo vouere iugiter con-  
 sensu & alacritate, anno post Christum natum M. D.  
 XXXIV. decimo octauo Kal. Septembris, quo die Assum-  
 ptionis Mariæ Virginis anniuersaria gratulari so-  
 latur. idemque votum eodem loco dieque pariter  
 proximo ac tertio renouarunt, atque ea res tum ad in-  
 spirationem ac vinculum animorum, tum ad con-  
 mandas in suscepto consilio mentes omnium  
 valuit. Incendebant præterea studium alter alteri  
 omni genere officij & caritatis, duce ac moderatore  
 mul Ignatio, quem omnes vt parentem eundem & p-  
 nicè diligebant, & valde reuerbantur. ac primam  
 rituales modò apud hunc, modò apud illud agere  
 cæteris; ibique suauißima de rebus diuinis  
 cole-

alloquia, & sese mutuo ad Christianam laudem & de-  
 us horari; deinde in studiorum difficultatibus, lo-  
 que obscurioribus aduare inter se; & lucubrationes  
 quique suas, lumenque doctrinae & ingenij, cum res ex-  
 igret, in commune conferre: praeterea inuicem sibi o-  
 mibus in rebus adesse certatim: denique à frequenti  
 sacramentorum usu, & assiduitate precandi meditandi-  
 que, nullo pacto recedere. quibus rebus & varias dæ-  
 monum insidias tentationesque, conantium eos ab  
 cepto reuocare, vicerunt: & breui tanta coaluere  
 concordia, vt quamquam è diuersis, nec non in-  
 sensis inter se orti nationibus, gratia tamen su-  
 perante naturam, intra eisdem alti parie-  
 tes, atque adeo ex vno propemo-  
 dum omnes vtero in lu-  
 cem editi videren-  
 tur.

*Libri primi Finis.*

Y 4

IGNA.





# IGNATI VITÆ LIBER SECUNDVS.



*Aeger Hispaniam repetit. Cap. I.*

**I**NTEREA Ignatius gravi morbo partim è maximis laboribus vigilijs que, partim etiam è partibus corporis grauitate contractis; veniente inde stomachi iam pridem afflicto doloribus acerbissimis; post multa medicamentis in cassum adhibita, cubitum in uicinis ad patrium solum & incunabula se reuertit, quod uia ad inueteratas corporis ægriudines certissimam peruenit, quæ uulgò arbitrantur. Nec recusat ille, non sine letudinis ratione, vel desiderio suorum adductus, duabus alijs maxime causis: primum, ut quibusdam regionibus, malo publico, iuuenilis licentia & uoluntatis ipsemet specimen existisset, ibidem ad spirituum ædificationem uicissim aliqua Christianæ humanitatis atque modestiæ documenta præberet; populis uero & uerbo & exemplo ad studium poenitentia accederet. deinde, ut, quoniam socijs aliquæ familiaris rei familiaris trita; eas eodem itinere operata ipse expediret, neque per eam causam illi reuerteretur à studijs, vel recenti etiam tum uocatione, & conditionis tam arduæ, tamque laboriosæ conflictu, amara dulcedinis, ac domesticæ tentationis, quæ uia faceret.

periculosior est, aleam subire cogrentur. Simul etiam, relicta olim in Hispania socijs, cogitabat, si quem in proposito constantem inueniret; secum in eandem expeditionem educere. Ceterum ne quid de suo discessu res Parisiensis caperet detrimenti, primum commilitones ad perseverantiam ac fidem paucis adhortatus, Petrum Fabrum & annis & vocatione antiquissimum, illis præposuit; cui interim obtemperarent, quem parentis duceret loco, deinde tempus certum edixit iisdem approbantibus, quo tempore cuncti, rebus omnibus præter vitam & necessaria scripta ex voto abdicatis, nauigatum Hierosolymas Italiam peterent, seque iam antegressum Venetias conuenirent. Dicta profectio dies est viii. Kalend. Februarii, anno MDXXXVII. incunte, qua die Apostoli Pauli conuersio beata recolitur. His ita cōstituitis, anno MDXXXV. per autumnum tempus ipse non sine lacrymis, mutuique amoris magna significatione singulos in digressu complexus, cum vellet de more pedibus quamquam ægro corpore proficisci; coempto a socijs equo vti coactus est: breuique partim ex ipsa vocatione, locorumque mutatione, partim etiam de studio non intermissione morbo leuatus, Pyreneo superato Gampuzeoam provinciam attigit. Eius de aduentu propinquus festinè præmoniti ab ijs qui hominem ad Aquas Augustas, quam hodie Baionam appellant, in transitu agnoscunt; ex templo, quod regni limes latrocinij infestus esset, armatos homines ad eum excipendum tuendumque dimiserant: atque hos primum Ignatius in Gampuzeoam finibus, deinde etiam, quæ iam tum erat fama de sanctitate viri, clericos omnes agmine composito ad oppidum Aspheithiam honoris causa obuios habuit. cumque ab ijs, & ab ingenti præterea gratulantium turba deduceretur ad ædes paternas; ille, ut ostenderet quantopere ab eiusmodi fastu pompaque abhorreret, si primum potuit, ex eo comitatu sese proripiēs, ad publicam hospitalem domum diuertit, victumque continuo emendicare ostiatim cepit; frementibus videlicet cognatis, eamque rem (ut fere deprauata sunt Christianorum

norum quoque iudicia, & pauci ex animo erant im-  
 plexantur) summi dedecoris atque ignominiae locum  
 ducentibus. Deinde quamquam inuisis illis, tanta  
 plebem Christianae doctrinae rudimentis imbuit, pu-  
 uatisque colloquijs eos qui ad se venturabant, peccato-  
 rum veterno excitare, felix verò diebus eorum cunctis  
 habere tanta hominum frequentia, ut cum essent pla-  
 non caperent, in agrum prodire necessarium cogitaret,  
 vulgoque arbores audiendi causa confederent. Et  
 sane opera fructus egregius Dei beneficio colitur.  
 Complures ad virtutem ac Dei cultum à vitijs praeuare  
 conuersi, multae sublatae discordiae, & odii interuentu  
 restincta, contra aleatores lata publice lex, propter pro-  
 positam; institutum praeterea, ut preces pro salute quorundam  
 die funderentur eorum omnium, quibus lethalis agra  
 piaculo obstrictis, in singula momenta exitum eorum  
 immineret: itemque ut ex Ecclesiae Romae consue-  
 tudine salutationis Angelicae signum daretur matutino  
 ridie, & vespere. iam verò grauiam quaedam vicia, quae in  
 in populum modo, sed etiam in sacerdotes impetrant,  
 magna ex parte correctae, denique morbo inuicibilis  
 fectis, & extrema pressis inopia, ne vel opprobrio  
 vel strati passim in compitis caelum miserabilem  
 completerent, publico sumptu consultum. Atque huius  
 ges moresque custodiendi, ne (quod fere sit) bene  
 propediem obsolescerent; curam & munus Lutetiae  
 milia, placata postmodum Ignatio, sibi delectationem  
 cum in eo xenodochio aliquandiu ita versatus, et  
 tis appareret ipsum exemplum Christi Domini habere  
 paupertate multo magis, quam otio & rerum illius  
 delectari; ad extremum quotidianis propinquioribus  
 gibus exoratus, ne cognationi aut nihil omnino  
 aut etiam inimicitias palam denunciasse videtur  
 ternam domum ex hospitali se transtulit; ibi prope  
 moratus dies, restituta domestica disciplina, vinctis ad  
 officium ac pietatem animatis; valentior multo quam  
 Lutetia discesserat, ad lociorum expedienda profectus  
 proficisci constituit. Atque hic nouum ecclesiae

re Ignatiū inter & cognatos exoritur; cū ille paupe-  
 nis habitu prorsus, & pedes iter facere destinasset animo:  
 illi contra, quoniam quidē eum apud se diutius retinere  
 non possent, certē non nisi bene comitarum, & pecunia  
 instructum abire permetterent. Verū certaminis deni-  
 que is fuit exitus, vt Ignatius ne frustra diutius tende-  
 ret, ad viam modicum in speciem deduci se passus, breui  
 domum & famulos & cetera cuncta remisit, pedibus-  
 que porro perrexerit; Gallicano equo ministris valetudi-  
 nari iamante relicto, quem illi deinde in Ignatij memo-  
 riam, veluti sacrum & immunem ab opere, vagari in  
 pascuis ad extremum vsque senium permisere. Ignatius  
 igitur Nauarra primū, deinde Castella peragrata, man-  
 densque recentium socjorum exhaustis, de veterum sta-  
 tu ac voluntate cognoscere nequaquam omisit: verū  
 partim expectationis ac more rædio victi, partim et-  
 iam aspecto virtutis itinere fatigati, in alia fere omnia du-  
 dum abierant. Ioannes tantū Gallus, ne de animi salu-  
 te periclitaretur, monasticæ se addixerat vitæ. Callistus  
 ad animorum cura, ad pecuniæ lucrum studio repen-  
 te conuerso, in Indiam nauigauerat, vnde aliquanto  
 post bene nummatus ingenti omnium admiratione qui  
 eum antea norant, Salmanticam redijt. Cazeres cū  
 Segouiam patriam petijisset, mollioris vitæ commodis,  
 & domesticorum consuetudine delinitus, otio ac vo-  
 lupiati sese dederat. Artiaga verò, curriculum honoris  
 & ambitionis ingressus, & è Commendatorio factus  
 episcopus, cū aliquandiu in eo dignitatis gradu vix-  
 isset, ad extremum ægrotus, epota per imprudentiam  
 veneni laguncula (cū duæ starent, altera salubris  
 aquæ, altera sublimati, quod appellatur, me-  
 dicamenti) miserabili genere leti  
 defunctus est.

Vene-

## Cap. II.



Ignatius ergo cum in Italiam properaret, & hosce quos dixi socios in longitateque dispersos in unum congregavit, atque ad pristina reuocatis, quos nulla se ostenderet; occulta Deo uocatus secum expendens, suis proplacuit salute ad superos precibus, Valentem tenuit ubi uidelicet nauem stare paratam aduentibus multis ac se tali tempore mari committentem, quod praeter caeteras difficultates, etiam in nobis exterrita Aenobarbus, loca opportuna, & littora inhaerens, lida obsideret classe; nullis terroribus delectatus, sed Ignatius. & nauis praedones quidem effugit, utrumque men foedissima tempestate coorta, clauo demissa, quae armamentis, cum iam de salute uentorumque omnino desperassent, lacera & quassata nauem auensem portum egerime tenuit. Atque haec nauis incommoda, non sane leuius terrestrius periculum excepit. Cum enim solus, Ignatius per Apennini tramites Aemilianam uiam ingressus initio spatiosam, sed in medium de magis magisque coeuntem; studio possidens in eas penetravit angustias, unde se exitu humana ope vix posset. Primò igitur sollicitè religere, deinde cum neque progredi, neque iam regressum esset, in exilitate salebrosa, & horrenum torrente rapido minaciter superfluentes; hinc perit per stupenti similis, ubi repente sese totum extum animaduertit. Sed ad extremum fidem sperato diuino auxilio, quod unum reliquum collatum, humi procubuit; & genibus manibusque quadrupedis instar, ac prominentia modo lora, saxi enata virgulta prensando, tandem

quos ad eam diem pertulisset, omnium maximo. inde per immensam altitudinis iniurias rupes ac solitudines diu errabundus, cum ad radices montium denique deuenisset, omnia rursus offendit partim niuium tabe, partim etiam hybernis imbribus impedita. Cumque nihilominus vrgeret progrediendi necessitas; via terribilissima (& est mollis & cretosus ager, ac semita per horum temporum incuriam exiguo munimento, nec vllis, vt olim, stratae lapidibus) cum profundo ac tenaci limo diu multumque luctatus, ad Bononiae portas tandem aliquando peruenit. Atque hic, ne quid deesset ad probandam aequitatem ac patientiam viri, ad ceteras miseras illud etiam ludibrium accessit; vt in ipso vrbis introitu, e ponticulo in fossam, limo crenoso margine lubricante decideret, emensusque luto deformatus ac madidus, ab ijs qui tum aderant, non sine ioco & facetijs (vt sunt procacia in alijs malis hominum ingenia) rideretur. Sed ille nimirum identidem exerceri se a patre caelesti prudenter intelligens, & in gratiarum actione persistens, sole siccatis vicumque vestibus, lassitudine ac fame confectus cum vrbis magnam partem frustra emendicando perambulasset, in collegium Hispanicae nationis demum excepit, ibique dies aliquot clementer est habitus. Inde cum inuere iam facili & certo Venetias peruenisset, exacta pecunia quam illi per trapezitas eadem Elisabetha Rossella benigne curauerat; interea dum socios e Gallia praestolatur, in varia pietatis opera ex instituto capit incumbere. Nec sane frustra: siquidem complures omnium ordinum homines partim Christianae doctrinae praerogationibus imbuit, partim ab impura & flagitiosa vita ad cultum Dei timorem, studiumque virtutis eodem Deo adiuuante conuertit. Quibusdam etiam primarijs viris cum patitijs indidem, tum externis, praua animi affectione ac vicio laborantibus, non sine copioso fructu, spiritualium exercitiorum expertae virtutis medicinam exhibuit. In ijs Didacum Guiam, & Stephanum germanos fratres e praecipua nobilitate Cantabriae, sibi quondam Compluti familiariter notos, ac tum Hierosoly-

mis redeuntes, earumdem commentationum hodie  
 tantam ad rerum diuinarum intelligentiam, huma-  
 narum contemptum adduxit, vt omnibus diabolici  
 honoribus abdicatis, CHRISTI consilia omnino imi-  
 creuerint. Atque hos imitatus est postmodum Bar-  
 laureus Hozius, item Hispanus, Theologus peruenit  
 cum ad easdem commentationes peragenda videret  
 p̄sus esset, verumtamen ex quibusdam iniquis le-  
 monibus haberet suspectam Ignatij doctrinam acce-  
 mata, demum se Ignatio exercendum acque recedens  
 ita commisit, vt multos in cubiculum quo secessit, so-  
 cum afferret libros, quibus Ignatij dicta scripturae  
 sanctorum patrum & conciliorum truntem excipere  
 ret. Sed vbi appostas ab Ignatio epulas & quatuordecim  
 abstulit, vt in ijs veneni deprehenderit quosdam, re-  
 iam ardenti quodam rerum caelestium amore infla-  
 matus, mortalibus commodis nuntium sponte recu-  
 rit, atque vltro ad Ignatij voluntatem & vix rari-  
 adhæserit. Ex Veneta verò nobilitate in prima co-  
 sultu ac meditatione profecit Petrus Comarus Zaba-  
 ria filius, is qui multo post, magna cum impetore  
 sanctimoniam laude Paphensem Episcopatum conse-  
 stravit. Sed & aliorum ex Ignatij consuetudine salutem  
 vitæ morumque mutatio est consecuta. Quae quosdam  
 nec ab obscuris hominibus, & incohis ecclesiasticis  
 uitatis fiebant, breui, vt alijs locis antea dictum  
 tijs Ignatij pietas in crimen inuidiamque vocata  
 non ferente diabolo, tantam sibi prædam e huius  
 pi: statimque vulgatum ab eiusdem emissarijs dissi-  
 natium prauitatis hæreticæ semel iterum eue  
 in Hispania elapsum è custodia, in Galliam peruenit  
 ac proinde eius effigiem ab Hispanis Inquisitionis  
 nominis causa publicè concremata. eundem  
 nouas molientem res, inficientemque perniciosam  
 hæ labe scholasticos: vbi delatum suum nosse  
 tribunalia odoratus fuisset, fuga prauentis  
 manus, & consilia magistratum. Quas  
 Ignatius cum non modo in vulgus, iniquam

verum etiam ad Legatum Apostolicum Hieronymum Verallum, qui deinde S. R. E. Cardinalis fuit, delatas inaudisset; non tam de sua, quam de sociorum existimatione sollicitus, vltro ad Legatum adiit, & acriter insistit, vt eorum criminum questio exerceatur quod ita factum, & veritate comperta, honorifice à Legato est absolutus, incumbente in eius causæ cognitionem Gaspare Docto legati affecla; qui ex eo tempore Ignatium vnicè dilexit, ac sacratissimæ domui Lauretanæ deinde præpositus, in Societatem vniuersam plurima cgregiæ voluntatis officia contulit.

*Venetias ad Ignatium socij veniunt.*

Cap. III.



Um hæc in Italia gerit Ignatius, interim bello inter Christianos ingrauescente Reges, cum exercitu formidabili Cæsar per Insubrū & Allobrogum fines in Galliā irruerat. Ea fuit socijs Ignatij causā & profectiois maturanda, & itineris per Thuringiam, seu Lothoringiam atque Germaniam, sanè incommodo anni tempore facienda. igitur pecunia rebusq; omnibus, præter viaticū & scripta in Christi Domini gratiam distributis, mense nobri anno circiter post discessum Ignatij, suo quisq; baculo innixi pedites viam capessunt, & quidem tantum alacritate ac feruore spiritus, vt ne à iacobo quidē Laine, viribus nondum è recentī morbo recuperatis, exorqueri potuerit, quominus & pedibus ambularet vt reliqui, & inter ambulandum insuper inualida membra discruciatet hispido in primis & horrenti cilicio. Vestitus erat omnium, vt peregrinorum & pauperum, nequam elaboratus, & ad modestiam submissionemque compositus, pendebar è scapulis matica ex corio, in qua sacra Biblia, & breuiarium asseruabantur, & scripta, quæ fecimus, Rosaria verò ad catholicam fidem vel inter ipsos hæreticos profitendam, palā gestabant è collo suspensa



spensa. Hospitium ingressi, primum omnium, in-  
 stantium respectu, nixi omnes genibus Deo gratias age-  
 bant; eundem in egressu pariter sibi proprium gratias age-  
 tur. Sobria & frugalis erat mensa; oratio ac meditatio  
 non solum in diuersorij, verum etiam in ipso itinere  
 plurima. sacerdotibus, qui tres erant, sacrificia obse-  
 rari quotidie caelesti reficiebantur pane. scripturae de-  
 bus diuinis aut necessarijs ferè nullus. in decembo-  
 quid in deliberationem incidere, mira constantia  
 superandis viarum difficultatibus periculisque, tanta  
 constantia & æquitas animi. Autumnales pluuies  
 ferè Gallia pertulerunt: occurrere mox alpes pene in-  
 structæ niuib; multa fuere subinde fames, frigoris  
 defatigationis incommoda subeunda: nihil scilicet  
 cit tam arduum, aut tam extimescendum, quod eorum  
 quemquam à concepta religione, officioque decederet.  
 Atque hac disciplinæ pacisque custodia, cum omnibus  
 per quorum fines transierant, populis, bonos odore  
 Christo fuissent; cunctis non catholicis magis, quam  
 hæreticis nouum ac religiosum agmen magis, quam  
 probatione mirantibus, ad tertium Idus Ianuarij  
 MDXXXVII. Venetias ingenti omnium gaudio, &  
 tua gratulatione sospites ad Ignatium peruenit. Quo-  
 que vbi paululum è longa contentione se sustulit  
 quietis est captum; statim Hierosolymitanis prouincie  
 consilia renouantur. primum omnium, tam gratiosa  
 peris fore sua studia, si ad ea summi totius Ecclesie  
 storis auctoritas & consensus accederet; simul omnes  
 ems remitteret, tunc vel maxime sua, Romanam con-  
 stituunt, & à Pontifice maximo ius tum ad sacrosanctum  
 nes, titulo voluntariæ paupertatis; tum ad ministerium  
 Hierosolymitanam, & prædicationem Euangelij in  
 lo interdicti metu suppliciter petere. Interdum  
 cessarent, atque adeo vt quædam quasi rudimenta  
 ræ militiæ ponerent; publicis valetudinarijs, & de-  
 stribus, ægros ac pauperes omni ope adiuuarent  
 ministrare qui per sacerdotium poterant: cum  
 acc-

lacentes; afflictos moerentesque spe caelestium bono-  
rum erigere; ad esse animam agentibus; cunctos denique  
ad patientiam, fidemque adhortari; nec modò spiritua-  
libus officijs fungi certatim; sed ne vilissima quidè ac ser-  
uitia corporibus pauperum curandis, defugere ministe-  
ra; sternere lectulos, euerrere sordes; purgare schaphias;  
cadavera defunctorum rite curata humi condere; inter-  
diu pariter noctuque omnibus praesto esse tanta cum a-  
lacritate ac diligentia; vt cuncti obstupeficerent, vulgato  
que rumore, principes etiam viri ad spectaculum con-  
currerent. Quibus in officijs cum aliorum omnium,  
tum Xauerij praecipue caritas ac virtus enituit. Is cum  
in quendam incidisset morbo Gallico miserè deforma-  
tum, atque ad eius aspectum exhorruisset, vt ea re infrin-  
gi ac debilitari sensit caritatem in proximum, ita repen-  
te in semetipsum excaudit egregius CHRISTI mi-  
seri vel menti onemaures delicatae refugiant) obfirmato  
animo, semel iterumque non dubitavit exsugere. qua re  
non modò se ipsum in praesentia praecclare vicit, sed et-  
iam in omne tempus propriam quandam atque perpe-  
tuam in elephantiacos atque vlcerosos clementiam & mi-  
sericordiam est consecutus: quam deinde, vbicumque  
morarum fuit, quotiescumque se dedit occasio, diligen-  
ter exercuit. quidam etiam è sociorum numero, paupe-  
rem lepra toto corpore coopertum cum praefectus no-  
socomij non admitteret, in suum lectum accepit ipse:  
cumque manè surrexisset cunctis ingemiscensibus ca-  
nem ipse quoque morbi foeditate correptus; postridie  
non sine miraculo prorsus illaesus atque intactus appa-  
ruit. Haec & alia eiusmodi verae pietatis & officij docu-  
menta cum in ea vrbe dedissent (quorum ibi grata in-  
multos annos deinde memoria viguit) appetente iam  
aere, vt condixerant, Romam cuncti fere praeter Igna-  
tium, discessere. Ipse tum ad parta in Domino retinen-  
da, tum ad expedienda quae ad nauigationem pertine-  
nt, ibidem interea substitit. Atque illi quidem eadem fere  
disciplina quam supra diximus, iisdemque imbrui diffi-  
cultate

cultibus, iter ingressus ad superiorem partem illius  
 frugalitatem illud etiam addidit, ut de quo in pre-  
 sus viatico, diuinæ tantum providentiae benevolentiae  
 fiducia, Romam usque contendere: & quia in Cas-  
 talium, seu Quadagesimæ tempus erat, quod de pene-  
 quam in tantis laboribus, ritu catholico iocundum. De  
 sanè defuit illis & exerecndæ spei, & CHRISTI Do-  
 mini inopiam ac perleuerantiam aliqua saltem parte  
 imitandi materies: acciditque aliquando, ut quæ qua-  
 dumtaxat frustulum singuli mane sumptulium, in  
 densissimo stagnantibus late campis, ut aliquis puer  
 tenuis aqua pertingeret, nullo præterea cibo, minus pro-  
 suum ferme triginta nudis pedibus vno die periret,  
 & quidem incredibili non modo tranquillitate animi,  
 sed etiam hilaritate psalleres. Diversi quoque non cum pro-  
 pter inopiam excluderentur, & ad publica studia  
 de morte confugerent, quamvis oppido ab omnibus  
 quæ supra diximus, carnis muneribus impeditur  
 seque ipsi domare ac vincere magis magis impeditur  
 in dies. Sane Ravennæ quidam ex his cum hinc de-  
 stuli sordes, ac manantia tabe stragula crassissimam  
 tasselis quæ prima deinde occasio data est hinc de-  
 di, non prætermisit in pago nescio quo pauperibus  
 si consumptus è vita migraverat. cum in unum pagum  
 nostri venissent, distribuitque cubilibus eorum  
 perisset, nisi quod phthiriacum fouerat: per se a mi-  
 sam nuper palmam recuperare vehementer cupens  
 nudus illicò per summum animi ardorem callem  
 lodices, ibique sese identidem versans, cum ingens  
 malium greges ea tota pauisset non sic ad sedem  
 defatigatus, non leues ab se prioris fastidii ac odii  
 poenas exegit. Denique sanctam Vrbem ingressus  
 Apostolorum limina, & præcipua religionis studia  
 ste obierunt: à Petro Civitate Hispano Caesari  
 tore ad Pontificem maximum introducitur: in  
 tēpore Paulus III. è gente Farnesia, cuius nequam pro-  
 mum utiq; nostra Societas debet. Cōsuevit autem  
 mentem non fabulatores aut mimos inducere, ut  
 100

antes philosophos atq; Theologos; & ipsemet, veritas indagandæ atque illustrandæ causâ ponere de quo inter se disputarent, ea erat grauissimi senis & prudentissimi Principis oblectatio. Ad has ergo disputationes post pedù oscula Patres adhibiti, cum egregium qua Christianæ humilitatis atque modestiæ, qua eruditionis & ingenij specimen præbuisent; non modò qua volebant de sacerdotio, deque Hierosolymitana provincia, libenter atque approbante Pontifice impetrarunt, sed insuper pecunia ab eodem instructi, & fauilla eum prece dimissæ sunt. Ad quam deinde pecuniam cum è nationis maxime Hispanicæ collatione accessisset quod aurorù amplus duce totum summum explet, socij ne quid ex eo vano præterquam in usum votuæ navigationis attingerent, apud mercenarios pecunia omni deposita, & Romæ vicium emendicantes, admirabile dedere spectaculù ijs eorum Pontifice discentes illos audierant; & deinde quemadmodum venerant, sic Venetiâ profus egerat ac vacui reuertuntur.

*Socij initiatur Ignatius: & de rebus ab eodem & socijs in Venetâ diuisione gestis.*

Cap. IV.

**P**OST hæc, diligenti adhibita præparatione, cum ad eiusdem Legati Verallipedes perpetuæ paupertatis & castimonie nuncupassent vota diuini amoris igne succensî, mirante, ac maiorem in modù approbante populo, sese denuò ad pristinos illos labores, & assiduâ operum ministeria retulerunt. Deinde in exitu mensis Ianij, Diui Iohannis Baptistæ die natali, Ignatius, & reliqui socij per omnes ordinum gradus ad apicem sacerdotij à Vincentio Negosantio Fanesî, Arbensis Episcopo electi sunt, tanta non modò ipsorù, sed etiam ipsius Episcopi lætitiâ & animi voluptate, vt sese inter eiusmodi ceremonias nihil vnquam simile sensisse affirmaret. Intra Patribus neq; in eam diem vlla fuerat in Palæstinâ

transmittendi facultas; & eo ipso tempore cum puer  
bellum ex foedere Christianorum principum, fuerit  
inter & Solymanum Turcam exarisset, subitico opere  
commercio, omnis non modo peregrinorum, sed etiam  
institorum nauigatio conqueiuit. ut satis apparet, quod  
ste numen iratum gentibus ijs quae erediunt sibi regem  
Dei per summum olim scelus negligenteraque inobedi-  
entia; Apostolicum hunc, deuotūque sibi mancipium, pro-  
uincias longè nationes atque prouincias iusto iam ante  
destinasse. Itaque propter eam quam deus eorum, pro-  
traijcendi sublata, quamquā voti religio solam uiam  
propemodum poterant, tamen ne quis omnino in ser-  
uatis animis insideret, finem anni vertentis, ut Paulus  
te decreuerāt, prorsus expectare, seque interim ad locum  
dotij primitias diuinæ maiestati libādas omni diligentia  
cōparare; tum etiam post multam precationem & adhibi-  
tentiā, proximis operam ex instituto nauigatio uentura.  
Id quò liberius atque commodius faceret, tanta ue-  
bis celebritate ac frequentia, in finitima uicinia quod  
nis oppida aliò atque aliò recepere se se uidebat, quod  
tamen in praesentia vix fieri poterat. bello uero post  
opinionem transitu patuisset, è propinquo Franciscus  
cuncti simul accurrerent. Franciscus ergo, cum ab urbe  
Salmeron, ad montem Celsum (id uico nomen ab urbe  
Patauio millibus passuum fere quindecim distaret)  
annes Codurius, & Hozius, Tarusium: Claudius Lati-  
& Simon Roterigius Bassanum, oppidum ager Fran-  
ni; Paschasius & Bobadilla, Veronam; Ignatius uero  
ber, & Laines cum Vicetiam perijissent, hanc uiam  
nem inire. Erat extra urbem domuncula ruralis, in  
serta nullis foribus aut fenestrarum obiectis, in qua  
libet peruia, id sibi diuersorium, ne cui molestum  
hiberent, atque ut ab urbano strepitu remouerentur, ut  
ni Deo vacarent, memores insuper stabuli quod legem  
ipsum Angelorum nostra causa nascentem, quibus  
ceperat, unanimes delegerunt, quotidianis ministeriis  
ita inter se distributis; ut unus ad cultodiam esset  
& paucula victus ministeria remaneret.

Ignatius, quod propter nimiam lacrymarum copiam  
 grauius ex oculis laboraret) reliqui duo urbem ingres-  
 si, ebum in singulos dies emendicarent: quod ab ea  
 functione superesset otij, totum id omnes cœlestium  
 rerum contemplationi tribuerent. In hoc vitæ ge-  
 nere cum quadraginta iam dies non minori cœlestium  
 donorum copia, & animorum voluptate, quàm corpo-  
 rum vexatione, & carnis incommodo perstitissent,  
 quanto nimirum spatio temporis, Christum ipsum Do-  
 minum ac magistrum, ante quàm turbæ sese commit-  
 teret, abstinuisset cibo, & in eremo cum bestiis latitasse  
 meminere; ad eos reuissendos Taruisio repente Co-  
 durius affuit, cuius accessu læti, cum spiritus vehemen-  
 tiam ex ea solitudine, assiduitate precandi, ieiunijque  
 conceptam diutius cohibere non possent; ad CHRIS-  
 TI gloriam ex ymbra in arenam prodire, & quæ diui-  
 nus acceperant bona, cum proximis communicare  
 constituunt. Nec mora: Vicetiam ingressi, descriptis in-  
 ter se celeberrimis oppidi partibus, eadem omnes ho-  
 ra de rebus diuinis ad populum dicere incipiunt, nul-  
 lo profus aut loci apparatu, aut pompa verborum. In  
 niuis plateisve, prout cuique locus obrigerat, desump-  
 tit ex aliqua forte officina scamno pro suggestu vteban-  
 tur populum elata voce, & in gyrum acto supra verti-  
 cem pileo, ad concionem inuitabant. sermo, vt peregrin-  
 orum & hospitem, ex varijs linguis fere mistus, ac mi-  
 nimè proprius. Verumtamen is erat orationis impe-  
 tus, adeo graues ac veræ sententiæ, tanta in omni ge-  
 narique habitu pietas, denique is ardor in oculis emi-  
 rabat, vt peritissimus quisque rerum æstimator hos de-  
 mum esse Christianos concionatores, germanosque  
 præcones Euangelij distitaret: multi etiam qui rei no-  
 ditate illecti cum ceteris initio per iocum lasciuiamque  
 ludibundi confluxerant, prudentissimis eorum præcep-  
 tis, & dicendi grauitate permoti, deposita paulatim pe-  
 culantia longè alij atque accesserant, dimissa concione  
 recederent. Quod si quis deinde seorsum ad Patres adi-  
 tu, veritatis & officij studiosior; hunc verò humanissi-  
 mè a-

me acceptum, pro ipsius ingenio prius infirmitatibus ad omnem virtutem ac religionem laborans. Illud verò præcipue rem adiuuabat, quod non solum plausus, ut diximus, fucata oratione captum, sed etiam ipsam concionem, aut ubi peroratum est, quæquam in summa rerum omnium inopia, quæ circumfusa multitudo vel peterent ipsi, vel vitæ retro delatum acciperent. breuique conlata, pro pere recto ciboque contentos, & ab omni uerba & ueritate abhorrentes, non aures populi scilicet, sed ueribus omni ratione mereri, nec suum potius, quam Deorum proximorumque negotium agere. Atque hæc res dissimilis fuit cæterorum Patrum in sua cuiusque prouincia probitas & industria; ut etiam inopes & uigilantibus laboribus & incommodis extremum alterius discrimen. Neque ita multo post, cum uicini de legatione ut de rebus communibus agerent, cum uicinitate conuenisset; tanta animorum inclinatio, ut uolentia populi Vicetini erga peregrinos, quæ nuper in urbe, tribus duntaxat, cibarij panis, ut uicini cidi, quotidiana uix circuitione colligebatur, uel esset ad vitam ægerrime toleranda; in eadem uicinitate uidecim, ex uoluntarijs ciuium elemosinis, uel uictum cultumque necessaria largæ ac bene copiosarent. Ibi dem igitur primas diuinæ maritima uicinitate molauere noui sacerdotes, uo Ignatio eius, quæpe, quippe qui ad se comparandum amplius uicinitatis sibi sumplerat, & Roma postea sanctissimæ uicinitatis Domini, quæ in aede sacratissima uicinitatis Mariæ ad Niues religiose coluntur.

Ignatio Romam appropinquanti CHRISTVS ap-  
paret: & vnde Societati IESV nomen in-  
ditum fuerit.

Cap. V.



Quoniam expeditioni trans marinæ  
præstitum anni spatium erat in exi-  
tu; & infestum adhuc classibus mare;  
quid proinde agendum esset, Patres in-  
ter se deliberârunt: nec dubium fuit, quin,  
vbi Lutetiæ voverant, cuncti sese ad  
fidei Catholica propagationem, & ani-  
marum auxilium, Sedis Apostolicæ cultui, & Romani  
Pontificis obsequio manciparent. Cuius officij procu-  
ratio (quoniã satis id esse videbatur) Ignatio, & duobus  
primarijs patribus Fabro & Laini mandata est; Romam  
adirent, & (quod bene verteret) CHRISTI Vicario hæc  
sociorum studia ac vota quam primum exponerent. In-  
terea reliqui, ne conceptus è diuturna meditatione & sa-  
crosancti feruor ac spiritus euanesceret, non modo se ipsi  
diligentissimè custodire, sed etiã præsidij diuini fiducia  
proximis omni ratione optulari decernunt, ac præcipuis  
vrbibus inter se descriptis, præsertim in quibus litterarũ  
studia florere, & frequentissimam iuuentu è versari cog-  
nouerant; Codurius Hoziusque Patavium, Roterigius  
& Iaius Ferratiam, Xauerius & Bobadilla Bononiã, Pas-  
chalius & Salmeron Senas profecti, eadem fermè ratio-  
ne quam paulo ante Vicetiæ adhibitam diximus, & pri-  
uatim & publicè cũ hominibus agere, eosque è lethali  
flagitiorum veterno excitare, atque ad contemptum re-  
rum mortaliũ, & cogitationem futuri sæculi omni co-  
nati atque artificio impellere atque adhortari cepe-  
runt. Cumque ipsa nouitate rei omnium in se ocu-  
lante, non modò id effecere quod maximè optabant, vt  
magni animorum motus, & insignes ad Christũ conuer-  
siones existerent; sed etiã, quod minimè laborabãt, vt ip-  
orum nomen ac fama Italiam ferè totã ingenti cum ad-  
murm.



murmuratione peruaderet. At Ignatius Romam euenit  
 quos dixi comitibus rectè contendens, & ab eorum  
 tero quotidie corpus CHRISTI religiose carnis  
 suscipiens; M A R I A virginis potissimum precibus, ut  
 adiutrice, sese ad sacrum iuo tēpore faciendum, ac ma-  
 ta pro Christi nomine subeunda, dies nocturnae horae  
 intenta quadam animi cura, simul inaccessibilis horum  
 dulcedine, & noua diuini luminis copia preparatus. Et  
 enim ex quo primùm Hierosolymis rediens ad littera-  
 rum studia in Christi gratiam animum adlectus, deo-  
 rum caelestium contemplatione, ut diximus, non sine  
 magna difficultate remiserat multum, sequens ipse Domi-  
 ni caritate, spiritali consolationi delicijsq; sponte labi-  
 duxerat. Sed studiorū exacto curriculo, deinceps & Ve-  
 netijs, & in Vicentino secessu, & in hoc de quo diceba-  
 mus itinere, tam crebra diuinitus luminum insequen-  
 tium voluptates, eadem scilicet Virgine fuerit percep-  
 pit, ut in antiquum statum illum Minoritanum quem  
 postea ob singularem & eximiam illius reuerentiam  
 Dei benignitatem religioso ioco primitiam hanc Ec-  
 clesiam appellare conlucuerat) non solum exurgens,  
 sed etiam cum scēnore sibi restitutus esse videtur. Sed  
 præter cætera, quæ quod mortalem naturam exasper-  
 rant, verbis exsequi difficillimum est; quo de Romam  
 accessit, res ei contigit vel ad memoriam potissimum  
 signis, vel ad confirmandum in proposito Ignatium  
 terosque haud mediocriter efficax. Etenim oranda res  
 non longè ab Vrbe templum ingresso, quæ in palatio  
 imposta militari viæ cernuntur, statimque, ut supra  
 lebat, abstracto à sensibus, atque alta quadam attentione  
 contemplatione defixo, clarissima in luce per se  
 sese Deus pater ostendit, Iesu filio baulani uocis, &  
 crudelissimis affecto supplicijs, præsentē Ignatium loco  
 osq; cōmendans; quos ille cum in fidem ac potissimum  
 libentissimè recepisset, ad Ignatiū placido & sereno  
 tu conuersus, hæc ipsa effari verba dignatus est. QUA  
 VOBIS ROMAE PROPITIUS ERO. Quo

unto tamque diuino solatio mirum in modum crectus  
& confirmatus Ignatius, ac socios deinde compellans:  
Quid nobis, ait, Romæ futurum sit, fratres; in cruce  
ne, an in rotam agi nos velit Deus, ignoro. vnum scio,  
quidquid eueniat, Iesum Christum nobis propitium fo-  
re. ac simul totius visionis ordinem exposuit. Quæ res  
non in præsentia tantum illos insolita quadam lætitia  
& voluptate perfudit, sed etiam in posterum contra o-  
mnes difficultates atque pericula magnopere corrobora-  
uit, ac munijt: atque id ipsum vel in primis fuit causæ  
cur Ignatius confirmatæ post modum Societati saluta-  
re potissimum Iesu nomen indiderit. quam tamen dein  
de verbo scripto que minimam vocare solitus est, quòd  
reliquis religiosorum familijs (quas item Societates Ie-  
su licet optimo iure appellare) cunctis omnino tum de  
splendore, tum de antiquitate concederet.

*Ignatius Romæ Christiana rei dat operam: in Casti-  
nati monte animam Hozij calum in tran-  
rem videt. Cap. VI.*



**G**ITVR tam secunda numinis vo-  
luntate, tamque liberali promisso mi-  
rum in modum læti, sic tamen vt non  
sine mysterio Christum Dominum  
crucifixi maximè habitu apparuisse  
apud se reputarent, cum gratiarum a-  
ctiōe ac prece sanctam Virbē ingref-  
sant, nihil antiquius habuere, quàm vt viatici nomine sibi  
annueratam anno priore pecuniam, quoniam quidem  
negationis consilia in irritum ceciissent, prorsus ad-  
nummum iisdem à quibus acceperant, redderent; quæ,  
in alios pietatis vsus & opera expendere-  
tur. Deinde, quemadmodum ante conuenerat, suam & reli-  
quorum operam Pontifici maximo in Apostolicis præ-  
cipue functionibus, citra honoris titulos, & dignitatis  
insignia, detulere. Neque aspernatus est pia Patrum stu-  
dia

dia Christi Vicarius: atque in praesentia, doctoris-  
 di aliqua sese offerret occasio, iussi Fider & Ianni  
 alio Sapieniae Gymnasio sacras literas potius mo-  
 munere dum alter in biblijs explicandis, alter in scholastica  
 Theologia, ut appellant, pari cum eruditione  
 pietatis laude perfunguntur, atque etiam saepe contra  
 ipso Pontifice de grauibus rerum diuinarum questione-  
 bus, disputant, interim Ignatius proximorum. huius-  
 more operam nauabat cum alijs artibus, tum varijs  
 tualibus praesertim exercitationibus, quippe ad tur-  
 das perturbaciones admodum efficaci, virtusque in-  
 pridem expertae remedio: quibus ille per eos dies, praeter  
 caeteram turbam, insignes aliquot viros diligenter ex-  
 coluit. in ijs Gasparem Contarenum Cardinalem, gra-  
 uissimum Senatorem, eundemque temporibus  
 (quod eius varia monimenta praecclare testantur) ingenij  
 & doctrinae facile principem. Is, Ignatij probata doc-  
 fuerudine vsque adeo captus est; tantumque eius praecep-  
 tis consilijque profecit, ut qualem dudum episcopus  
 nimum regendi moderandique magistrum, de quo  
 Dei beneficio nactum esse affirmaret. idcirco tribu-  
 ta sibi Exercitia (quod exemplum apud haec in-  
 dieque assertari perhibent) sua ipse manu per eam re-  
 curate descripsit. Hunc imitatus Caesaris potentissimus  
 quo supra dictum est) Petrus Otizius Theologus do-  
 ctor insignis, easdem exercitationes ad Christi Domini  
 gloriam, & suam salutem omnino experti coelata  
 quod liberius simul & fructuosius faceret, procurrere  
 interim vicarijs delegata, cum paucis quocumque  
 ministris, & Ignatio praecceptore in montem Salu-  
 tem fecerit, quo in monte antiquissimum & nobilis-  
 mum cernitur sancti Benedicti ecclesiam. In hac  
 arbitris, maxima diligentia dies ipsos quodammodo  
 meditationi ex Ignatij praescripto vacant, ut quae  
 cum animi fructu, tantaque accessione virtutum, ut  
 quam Christianam philosophiam multo ante probatam  
 tamē tunc demum vere philosophari esse posse  
 ac parum absuit, qui grandis iam natus vir, & in partibus

gatus, illic mortalibus rebus abiectis magno animo  
 se ad laboriosū Ignatii vitæ genus adiungeret. sed cum  
 id neque per ætatem liceret, neque per suscepta negotia;  
 certe quod proximum fuit, egregiè præstitit, vt & sancti  
 moniæ ac pietatis exemplo in posterū sui ordinis homi-  
 nibus perluceret, & societatem deinde nostrā quibus ū-  
 que posset rebus, per quam studiosè ornaret, atq; defen-  
 det. Non omittenda videtur hoc loco res memorabi-  
 lis, quæ Ignatio in illa Casinati cōmoratione diuinitus  
 accidit. Dum enim pro salute Baccalauri Hozij quæ gra-  
 uiter ærotare cognorat, Domino supplicat, repente vi-  
 dit in spiritu (quod ipsum ibidem D. Benedicto fertur o-  
 lum in obitu Germani Episcopi contigisse) animam so-  
 cij luce clarissima radiantem, deducentibus Angelis in  
 sublime ferri, atq; ipsa demum caeli beatissimæ regna cō-  
 scendere. eidemque Ignatio, paulo post, dum ad rem di-  
 uinam accedit, in ipso Missæ introitu, Sanctis omnibus  
 appellandis, lucidissimum cælestium agmen subito  
 apparuit, sic, vt in ijs Hoziorum eximio fulgore micantē  
 sine vlla dubitatione dignosceret. Qua ex vtraque visio-  
 ne tanto est gaudio delibutus, vt multos dies præ dulce-  
 dine lacrymis temperare nequiverit. Huic Hozio Patau-  
 um (vt diximus) prouincia nuper obtigerat, vbi dum  
 in officio, singulari cum industria & fide versatur, ex ip-  
 sa rei nouitate suspectus, & coniectus in carcerē ab Anti-  
 stite Patauino, moxque ab eodem dimissus perhonorifi-  
 cè fuerat. cūque acrius de nuò in proximorū salutem in-  
 cubuisset, è magnis diurnis nocturnisque laboribus le-  
 thali morbo correptus, ex hac vita migrauerat, cum alijs  
 miræ cuiusdam sanctimoniam relictis indicijs, tum verò  
 quod qui ante obitum subniger fuisset, ac vultu defor-  
 mior, in eiusdem demortui facie tantus repente nitox  
 ac venustas apparuit, vt eo spectaculo Codurius cōsors  
 prouinciæ animū exsaturare, & præ lætitiæ fletū cohibe-  
 re non posset. Huius igitur tam felici exitū maiorem in-  
 modū gauisus Ignatius, è Casinate Romā vnā cū Ortizio  
 peracta cōmentatione regrediens; obuiū habuit in itine-  
 re Franciscū Stratum Hispanū, præclarè in dolis iuuenē,  
 sibi

sibi antea non ignotum: qui cum è cuiusdam principis  
viri familia, pertaxus aulicæ vitæ, militandi causa Ne-  
polim peteret, vno Ignatij cōgressu atque sermone, que  
hominis erat in dicēdo vis) à sæculi stipendijs ad Christi  
vexilla facili negotio traduci se passus est: varijs denique  
locis, eiusdē Ignatij missu, & Societati nostræ, sicut Chri-  
stianæ vniuersitatis concionator egregius haud mediocri-  
ter profuit. Hoc igitur auctus commilitone Romam Ig-  
natijs reuertit: ad quem deinceps aliquot etiam in re-  
bus gerendis idonei diuino impulsu paucis diebus ad-  
iuncti sunt.

*Romam Patres vniuersi conueniunt: veterem plebū cre-  
diendæ morem, & frequentem vsū Con-  
fessionis & Eucharistia restituant.*

Cap. VII.



VAE dum ardens Christi amore dis-  
tingenter agit Ignatius, interitum huius ces-  
teri, sua quisque provincia huc egredis,  
Romam (vbi decreueram) extra mudi-  
am Quadragesimam conuenit. Ibi  
annus post Christū natū MDCXVIII.  
Tecto recepti sunt à Quinto Garzo-  
nio ciue Romano, ad villā Minimorum fratrum coenobio  
proximam. Ibi in summa omnes egelue peccati  
victitantes, communi consilio ad rem Christianam pu-  
viribus adiuuandam aggressi, permissuque Antistiti  
varia Vrbis templa sortiti, concionibus primū cura-  
tem ad omne officium atque virtutem vehementer as-  
cendere; deinde etiam veteri Ecclesiæ institutis plerū-  
puerosque Christiana catechesi (quæ iam diu obliuiscen-  
rat) vicatim erudire instituerunt. Ac licet pijs cordibus  
dæmon omni conatu se opponeret; tamen peruen-  
emplo vitæ, partim assiduitate dicendi hortante, cū  
alia multa propediem assecuti sunt, tum verò prope,  
vt sacræ Confessionis & Eucharistia frequenter usque  
nihil est humano generi salutaris) diaboli seruitute iam  
pridem extinctus, magno vique Christianæ Religio-

commodo in principe magistræque orbis terrarum Ecclesia reuiuisceret. ex quo deinde paulatim effectum est, isdem scilicet adiutoribus, non solum ut in Italia, Gallia, Hispania, cæterisque Catholicis Europe regionibus, verum etiam ut in ipsa India, atque adeo in vltimis terris, ubi paulo ante feræ dæmonum dapes & nefaria sacra vigerant, iam nunc, ingenti bonorum gaudio, per penitentia sacramentum frequenter elutis animi sordibus, diuina passim conuiuia celebrentur.

*Falsis criminibus circumuenitur Ignatius, & absolvitur. Cap. VIII.*



**V**AE nimirum satanas futura prælagiens, ipsis rerum initijs per se suosque satellites obuiam ire non distulit. Augustinus quidam erat ex Eremitana familia concionator; prorsus indignus eo nomine atque ordine. Is Lutheris impij selector occultus, per ambages identidem perniciofa dogmata spergebat è pulpito; ac miris artibus auditores à recta in Deum fide atque à Romani Pontificis auctoritate sensim abducere conabatur. Id autem eò fidentius, quòd prius fortè dies Pontifex aberat, maximis de rebus quæ ad salutem Ecclesiæ pertinebant, in fines Galliarum Narbonensis, Nicæam vsque profectus. Hanc rem odorati è Patribus quidam; ne ad perniciem animorum latius manaret; communi consilio totam ipsi cognoscere atque inuestigare non dubitant. ad eum concionatorem audiendum cum cætera multitudine semel iterumque conueniunt; quæ ratio disputandi sit, qui scopus totius orationis, diligenter attendunt. neque verò, peritos dogmatum quæ per id tempus in controuersiam vocabantur, diabolici ministri fecellit astus, ac latens lupi sub quis pelle rapacitas. Itaque satis iam comperta atque explorata re, primum ex Euangelij præceptis priuatim ad hominem adeunt; quid ad se delatum, quid auribus ipsimet suis deinde perceperint, ijs potissimum verbis proponunt, quibus non de populi modò salute sese, verum etiam

etiã de ipsius qui populũ pestifera, contagione infecti,  
 pro Christiana caritate sollicitos esse demõstrat: rogati,  
 hortantur, denuntiant, praua dogmata corrigat, anti-  
 què dicta, quæque ad contemptum Sedis Apostolicæ,  
 Ecclesiasticarum traditionum ac rituum facile trahi pos-  
 sint, ad conciliorum decreta, normamque spectare: sibi  
 quàmprimum interpretetur: viique à deprauata Ro-  
 mana ciuitate, atque à perturbando ipso veniens tone  
 in posterum abstineat Ille (qui factus hereticorum est)  
 homines nimirum idiotas ex habitu rarus, eorum dicta  
 primò eleuare, & eludere; deinde vbi se varijs regem ac  
 premi argumentis & rationibus vidit, veritate eorum  
 simul ita metuque, pauca præfatus quæ ad occultandam  
 in præsentia improbitatem valeret, eum in istius pro-  
 missis Dei famulos ab se dimisit. Deinde rursus timor  
 collegit; diabolicis actus furijs, & amicorum quibus fre-  
 quenter agendi consuetudinem pati sceleris, quæ impo-  
 dentia redijt Quod vbi sensere Patres, in rem arduam  
 tamque periculosa nequaquam lenibus rationibus  
 medijs; consiliũ cepere digni hominibus dicitur; et  
 improbi concionatoris mendacia palam, & in publico  
 re loco suis ipsi concionibus refutarent. Ad ego cum li-  
 cere instituissem, bonis maiorem in modum approban-  
 tibus, cognita re Lutherianus vehementer exortatus  
 vocatisque ad se confestim amicis rabiem doloremque  
 suum impertijt; etiam atque etiam obestans, ac tantum  
 ac tam insignem iniuriam in vitam esse patiturum, &  
 eadem laborantes opinionum in sania & magistri quo-  
 minia valde commoti, facta conspiratione, legatione de  
 socios omni dolo per fas ac nefas euertere, ac in  
 fama, sed etiã, si res procedat, vita spoliare conueniunt.  
 Primum igitur tota Vrbe fidei criminibus diluuntur;  
 natiũ sociosque omni scelerum genere cooperunt, tam  
 in Hispania, tum in Gallia, quin etiã in præsentibus  
 sæ religionis, & probri flagitij; damnatos, & clausos  
 iudicum manibus, ad corrupendam iuuentutem pe-

impietatis Romam se contulisse; sibi, quod bonis artibus  
 nequeant, id, alios criminando accusandoq; per summam  
 iniuriam quaerere, ut sibi apud imperitum vulgus famam  
 sanctitatis eruditionisq; conciliant. Cum aures nacti se-  
 cundas, haec & alia id genus quam apposuissimè ad ve-  
 ritatis imaginem & per se ipsi, & per emissarios oppido  
 serent; tantam in inuidiam & odium breui seruos Dei  
 adduxerunt, ut eos multi iam quasi facinorosos ac fugi-  
 tuos horrerent; ipsorumque congressum & consuetudinè  
 vulgo refugerent. Cumque iam res è sententia flueret, legi-  
 bus aduocarij, praeterea promissis ingentibus one-  
 rati subornantque qui iisdem ferè nominibus quae spar-  
 sam vulgus fuerant, apud Urbis Praefectum insones ac-  
 culant. Has vero partes inexpiabili scelere sibi desumpsit  
 Michael Hispanus quidam, qui iam ante Parisijs in Igna-  
 tum dehaeratus, ac deinde singularibus ab eodem Ig-  
 natius lucra diuinitatis mirabiliter cupidus prouocatus of-  
 fendi, gregiam viri beneficentiam (vi fere fit) minimè vulga-  
 ri perfidia atque impietate rependit; atq; ut Ignatiū & so-  
 cios familiariter nouerat, confectis quam maxime ad si-  
 militudinem veri criminibus, apud Praefectum sanè ma-  
 gnam in suspicionè cunctos adduxit. Omnino res erat infi-  
 gnis infamia; nec modò in Vrbe vulgi sermonibus tereba-  
 tur; sed apud exteras quoq; nationes atq; prouincias ad-  
 versarios nutijs ac litteris pererebuerat, Ignatianos cū  
 suo capite, deniq; manifestiorū scelerum, haereticq; con-  
 uictos teneri: videlicet, ut quas noxij varijs locis effugif-  
 erant poenas, eas iusto Dei iudicio Romae in celeberrimo  
 theatris orbis terrarū teatro persoluerent. Interea Ignatius  
 inuicem machinationis nequaquam ignarus, fretusq; tum  
 in secreto conscientiae testimonio, tum etiam Christi pro-  
 missis, qui se illi Romae propitium spondederat fore; jo-  
 res inimicorum impetus, totamque belli processum in-  
 dolo animo sustinebat; Deumq; vnà cum socijs pro ad-  
 versariorum salute precabatur assidue. lamq; causa di-  
 uinae tempus appropinquabat; cum incidit in eius ma-  
 nus pistola, q̄ antea Michael, recentibus quibusdam Ig-  
 natij meritis delinuit (quippe vel ferrea pectora interdū  
 patien-



patientia & castitate flectuntur) ad amicum ad quem  
 summa cum Ignatij & sociorum laude pertinet. Ea  
 videlicet epistola, delatoris causam rugulatur, ante  
 vbi iudicij aduenit dies, citato ad tribunal Ignatij  
 ta in eius vitam ac mores improbe inuenit. Nichil  
 ad quæ cum Ignatius admodum sedate respondit,  
 prolata ad extremum epistola ac recitata, nihil ab  
 uersario quærere, nunquid earum rerum meminerit  
 num chirographum agnosceret: Tum ille respondit  
 percussus, victusque conscientia, repente pallidus  
 bare, frigidus sudore perfluere. quod vbi auertit  
 Præfectus (is erat Benedictus Conuertinus, vir prudens  
 & in causis cognoscendis apprime veritas) quibus  
 suspicatus coitionem ac dolum, data opera Michaeli  
 diligenter interrogat: cumque non obsecra religio  
 ipsa fraudis cubilia peruenisset, seuerum etiam  
 dicem sese præbuit: ac multis verbis increpauit  
 niatorem (quamquam Ignatio pro ipsius præfate  
 precante) in super multauit exilio. Post hæc Ignatius  
 gitare & vrgere, vti cõspirationis nefarie participare  
 priuatim in circulis ceterisque iactarant, cum  
 Præfecto palam ac legitime exponerent, vbi  
 crimina, & se socioisque purgandi copia. Michaeli  
 tur viatore, vadimonium obire coguntur. Nichil  
 tores & callidi, & cum in foro iudicijque  
 que versati, tum etiam recenti Michaelis malicia  
 tiores, vbi ad tribunal aduere, per summam  
 tionem se de Ignatio ac socijs & sentire quæ  
 & ad eam diem sensisse respondent: neque  
 men, quod ipsi quidem in eorum vitam  
 ijciant. Atque hæc, & alia eiusmodi eorum  
 nimirum fore, vt Ignatius præclare secum  
 mans, quod imminens calumnie periculum  
 tam elustri præsertim accepta satisfactione  
 esceret. At ille multa ac magna quæ ad  
 clesiam pertinerent, mente ac cogitatione  
 ritusque ne si quid suspicionis in com  
 dedecoris nota nascenti Societati adhaerere

bes in posterum ipsius conatus irritos redderet, vel certe  
 magnū rebus gerēdis impedimentū afferret, à Præfecto  
 etiā atq; etiā postulare, ne fictæ aduersariorū palinodia  
 fidem haberet: eos quippe alia tum sermonibus, tū per e-  
 pistolas longè lateque vulgasse, ac quæ tunc ad tempus  
 accommodata, iudicij metu, perterriti dixerint, quæ ni-  
 si magistratibus ritè cognita & quæ sita publicè coar-  
 quantur, nialo videlicet publico per summum nefas he-  
 stiam in Societate magnam infamiam, proinde iure se  
 postulare, vt in sua dicta vitamque omnem diligenter  
 inquirat; se suosque ad causam vsque cognitam in vin-  
 culis habeat, & c. pro vt re ipsa competere, ita pronuntiet.  
 Hac igitur, & alia id genus, Ignatius. Contra, aduersari-  
 ni, veniti ne si quæstio perageretur, ingenti suo periculo  
 ac damno paterent ipsorum artes atque mendacia; per  
 se suosq; omni ope contendere ac niti, vt Præfectus ab  
 inhibita cognitione desisteret, tamque vt pote qui pluri-  
 mum opibus & gratia poterat; in suam sententiā non  
 modo Præfectum, sed Legatū etiam, qui Vrbi pro Pon-  
 tifice summo cuni imperio præerat, Cardinalem Neapo-  
 litanum adduxerant, quin etiam ex ipsismet Ignatij so-  
 cietatis, & sponte cedentibus, non vltra instandum, vi-  
 tandas lites, paci & quieti cōsulendum esse censerent. At  
 vero Ignatius in posterum longè prospiciens, eoque iu-  
 dicio non tam suam, quàm Christi Domini causam a-  
 ggerēdenter animaduertens; nullis neque minis, neque  
 promissis, nec suasionibus de sententia deduci se passus  
 est, cumque omni ad eā rem conatu nō semel adhibito,  
 propter aduersariorū gratiā atque potentiā nihil planè  
 proficeret; non dubitauit, cōsulto per sacrificia precesq;  
 pro, ad ipsiusmet Pontificis maximi fidē opemq; confu-  
 gere, qui Nicæa per eos dies, adulta iam ætate redierat, &  
 in Tusculano secessu valetudinis causā morabatur. Fa-  
 cile ergo ad principē aditu, quo die venit, admissus Igna-  
 tius, Latino sermone (quippe qui nondum satis Italicè  
 loqueretur) eidem ex fide retulit, quo consilio à militari vi-  
 uere ad animorum auxilium, atque ad literarum stu-  
 dia

dia transfuisset: ac dum rem Christianam pro totius  
 parte administrat, quoties, quot locis, quotusque annis  
 nibus accusatus & absolutus fuisse. Nuper eiusdem  
 Hierosolymitana peregrinatione bello prebitum  
 (quod Pontifex ipse non ignorat) se, ceteroque eiu-  
 dem instituti laborisque socios, qui se vniuersam  
 ad Christianam religionis amplificationem sub Archa  
 lica mactassent, cum maxime in vrbis Roma populis  
 docere insistant, paratique in omnem quantum artem  
 atque longinquam expeditionem, eiusdem Pontificis  
 ditumnuumque auidè praestolantur; circumstantibus  
 pente iniquorum insidijs, & summani in turbam  
 modò in Vrbe, sed etiam apud remotas riuos ad  
 ctos, ne id quidem à magistratibus obtineri possit  
 eta in suos mores vitamque crimina in vrbem  
 vocentur. Sibi quidem propriae vtilitatis & vrbis  
 tionem (quamuis ea per se negligenda non  
 antiquam esse: sed quoniam eodem iudicio  
 existimatio, & animarum salus agatur, non  
 qui ad rem publicam accedant rationes, non  
 solum, sed etiam fama niti) petere se & eius  
 tur pro sua sapientia ac potestate perficeretur  
 Vrbis inchoatam quæstionem primo quoque  
 re peragat; ne in Vrbe totius æquitas paxque  
 corum factionem opesque nulli inopia ac  
 diu fuisse videatur. Sub hæc audita Pontificis  
 nimo iubet Ignatium; & collaudata (quod  
 rat) ipsius & sociorum industria & pietate, Pontifici  
 codicillos imperat, iudicium vrbis reddat  
 sam ritè cognoscat, feratque pro veritate  
 quidem hoc loco adesse mihi animis velim  
 um res humanas negligentem circa ea  
 ti, non minus ineptè, quam impie fabularum  
 pe quæ consequuta sunt, nemo sanus poterit  
 numinis curam ac prouidentiam in suos  
 spiciat. Cum enim tota aduersariorum  
 calumnia niteretur; Ignatium sociosque  
 damnatos, ambustosque iudicij, flama per

lecumq; longum & operosum esset, nemine praesertim  
 necessaria in eam rem impendia subeunte, ex tam remo-  
 tis dilianctisque provincijs rei gestae seriem litteris con-  
 signatam, testibusque firmatam ex forensi formula pete-  
 respianē diuinitus factum est, ut quotquot in Italia, Gal-  
 lia, Hispania Ignatij iudices exiissent, sub ipsam feren-  
 dae sententiae tempus Romam ferē omnes alius alia de  
 caussa conuenerint. Ioannes Figheroa, quondā Archie-  
 piscopi Toletani Vicarius, is qui Compluti primum de  
 Ignatij fama capiteque cognorat, grauibus de caussis  
 Neapolim à Caesare missus, in reditu commodum Ro-  
 maz substiterat. Venerat eodem è Gallia, Parisiensis In-  
 quisitor Matthaeus Ori, Dominicanus, apud quem Igna-  
 tius, ut supra dictum est, semel iterumque ab improbis  
 fuerat accusatus. Denique in tempore Gaspar etiam Do-  
 ctus à Venetijs adfuit, qui habitae in ea vrbe in Ignatium  
 quaestioni praesuerat. Hi omnes in iudiciū adducti, ad-  
 uersariorū commenta detexere, cum summa testificatio-  
 ne virtutis ac pietatis Ignatij. Praeterea litterae ciuitatum,  
 apud quas Italia tota Patres aliquandiu vixerant, peri-  
 dem tempus allatae, magnum pondus ad illustranda ip-  
 sium merita, & refellendas iniquorum calumnias attu-  
 lere. Jam verò Hercules quoque, secundus hoc nomine,  
 Dux Ferrariensium, qui Patribus familiariter vsus, iisdē-  
 que peccata ritu Christiano confessus, ex eorū etiā ma-  
 nibus corpus Domini sumpserat, libentissimē fecit non  
 modò ut per epistolā, sed etiam ut per legatum, perspe-  
 ceret ipsorū innoctiae ac sanctitatis debitiū testimoniū lau-  
 desq; tribueret. Quibus rebus adductus Urbis Praefectus,  
 regere p̄sertim Pontificis iussu, quamquā aduersarijs om-  
 nistudio contra nitentibus, deniq; sua sententia Ignatiū  
 & socios omni non modò culpa, sed etiā culpe suspicio-  
 ne liberavit verbis amplissimis, eiusq; sententiae, ad vindi-  
 candā infontiū famam, varias in provincias testato de-  
 scripta exēpla dimissa quibus ex reb<sup>9</sup> dicivix potest quā-  
 nam Patribus vbiq; honoris & exultationis accesserit.  
 Atq; hac maximē ratione diu suppressa atque occultata  
 veritas extulit aliquando sese, ac malitia superata, pro-  
 cessit

cessit in medium: quæque machinamenta debiles ad teneram adhuc Societatem deformandam atque adeo praefocandam artificiosè parauerat, ea ipsa, moderatè rem numine, in eius maximè decus & incrementa cessare. At verò insidiatorum longè dissimilis fuerat. Quæque administer confeleratæ calumniæ Machinatio, fraudè patefacta (quemadmodum dicebamus) in exitum actum est: E duobus verò (quos nominare hoc loco necesse non est) vnus paulo post iudicium graui conceptus morbo semet acriter ac dolenter inculans cum insigni facinoris detestatione diem obiit. alter, cum deinde multis hæreticarum opinionū iudicijs teneretur, pariter & bi fuga consuluit, effigiemque suam pro leuandis cremandam reliquit. tertius eodem nomine comprehensus, & cognita causâ perpetuo adductus carceri, ad extremum tandem morte iam imminente redemptus, quæ animam agenti quidam è Societate ad vitam vixit, que spiritum assedit, quæque illi temporè tribu solent, pietatis & caritatis officia præstitit. Porro Luchianus ille concionator, qui totam conspirationem delecto, conflarat, intra catholicorum castra per fraudem aliquam versatus, cum religionis ac pudicitia simulationem intra sustinere non posset, larua deposita, primum fidei & continentia bellum indixit, atque ad opera hæreticorum lustra popinasque se contulit.

*Ignatius & ceteri Patres de constituenda Societate deliberant. Caput IX.*



AC igitur falsæ accusationis prætextu Ignatius sociique delinquentium omnium (vt æquum erat) iussus, & longè partim egere diuina elemena partim deinde, partim quod aliqui libere ad Ignatii institutum aggregatarum, partim etiam quod inaudierant, aliquos e loco numerum varias in vrbes atque prouincias iam tum rogare fructum

tum à summo Pontifice destinari; visum est faciendum,  
 ut de stabilienda quàm maximè ad Dei gloriam, salu-  
 temque animarum Societate primo quoque tempore in-  
 ter se consulere ad eam quippe diem, communi tantum  
 officio ac pietate ducti, sine certis & proprijs legibus ac ma-  
 gistratibus vixerant. Ergo precationibus, ieiunijs, & sa-  
 crificijs in eam rem quàm accuratissimè adhibitis, quo-  
 tidianæ vitæ munera laboreque ita partiti sunt, ut diu-  
 ra tempora Dei verbo, consuetisque functionibus; no-  
 cturna verò priuatis inter se colloquijs, & necessariè con-  
 sultationi darent. Prima igitur nocte quæsitum est, vtrum  
 Pontificis iussu digressi, prout se daret occasio, suam  
 quisque sine aliorum consensu vel respectu rem ageres  
 aut potius, quamquam corporibus locisque disuncti, a-  
 nimorum tamen conspiratione, & meritum commu-  
 nione, ut adhuc fuerant, sic in posterum coniuncti esse  
 deberent. Diciturque sine variatione sententijs, nullum  
 fuit dubium, quin tam suavis, tamque arcta societas, Dei  
 profus munere ex tam diuersis moribus linguisque co-  
 acta, omni conatu studioque retinenda foret, tum ne  
 qua Spiritui sancto iniuria fieret, à quo diuinitus fuerat  
 in eam consensionem adducti; tum verò, ne concordia  
 atque vnitatis bonum amitteretur, quo nihil est ad res  
 magnas atque arduas molendas, & obstantia quæque  
 perumpenda, valentius. Cum hæc & alia multa in eam  
 sententiam ingenti alacritate & gaudio spirituali pro se  
 quisque dixisset, magnopere incensus ad mutuam carita-  
 tem & benevolentiam animis, cæcus ille dimittitur. Pro-  
 ximo deinde confesso de religione relatum est, placeret  
 ne ad vota duo Paupertatis Castitatisque ritè suscepta,  
 tertium perpetuè item Obedientiæ adiungere, & è suo  
 tempore eligere, qui cæteris ampla cum potestate præses-  
 set. In eam rem, quod maioris momenti videbatur esse,  
 idem profertur placuit, spatiumque seorsum singulis ad  
 deliberandum dari, atque interim instauratis precationi-  
 bus & sacrificijs, diuinæ sapientiæ lumen opemque dili-  
 genter exposci. Ut igitur eius consultationis dies adue-  
 nit, omnium in vnum congruere sententiæ, quando qui

dem Christum Dominum ac magistrum sibi pro nobis  
imitandum cuncti susceperant, quoniam non solum  
cunctum atque integrum holocaustum Deo pro peccatis  
lute humani generis obtulisset, pro suis operibus, ut  
quaeque pro suo modulo Christum effiguntur, eo  
admodum singulorum corporis bona per virtutem  
ineptiam, corpus ipsum per castimoniam Deum ob  
tulerunt, sic animus quoque ante caelestis regni ob  
dientiam spiritualis victima caderet, praesens in hoc  
sacrificio nullum divinae maiestati gratias aut munus  
esse constaret. Ergo sine controversia deligentibus  
sibi, cui omnes in terris tanquam Christo pariter  
in verba iurarent, denique cuius sibi nomen et rebus  
tem instar divini cuiusdam oraculi ducerent. Hinc  
constitutis, deinceps questum de huius ipsius  
virtutum certo dierum spatio definitum, an non pro  
am esse oporteret. Perpetuam esse placuisse, quae  
cum alias ob causas, quas commemorare non  
cessante non est, tum vero ut negotia graviora, quae  
ficiendum non modo plena libertatis, sed etiam  
gi fere temporis indigens, leniter, & ex animi libere  
tia posset ad exitum sine vlla trepidatione  
ditum ad haec, ut Societatis candidati, cum aliis  
mentis, tum vero praecipue spiritualibus exercitiis  
bus, peregrinatione, & infimis publici aliorum  
narij ministerijs probarentur. Itemque, ut quae  
instituta profiterentur. ij ad tria solennia  
bis cum alijs dicatis Deo familijs fere communi  
quartum nominati adiungeret, qualesque  
vel infidelium terras Christianae rei causa  
ximo ipsos mittere placuisset, eo sine vlla  
ne, atque adeo sine vlla non modo mercede  
ei quidem petitione proficiscendi: ac summi  
borum formula sese obstringerent, pueri  
techelem erudienda; quod eo remedio nullatenus  
ficacius foret ad intemperatam fidem tuenda  
gionis prohibenda contagia. Haec igitur  
nonnulla per eos dies ab Ignatio patre

sanctaeque Ignatio negotium datum, ut ea in summa in redacta, Pontifici maximo primū Apostolica auctoritate sancienda atque approbanda proponeret; dein de ut eadem ipse postea per otium fusius explicaret ordinaretque, & quā accommodatissimas ad Societatis vocationem & spiritum leges canonesque perscriberet.

*Pares in varia loca Pontificis iussu discedunt. Cap. X.*



**S**VB hęc fermē decreta, Pontifex maximus aliquot operarios ab Ignatio in varias agri Ecclesiastici vineas postulavit. Id nostrę Societati fuit Apostolicę peregrinationis exordium. Ennio Verulano, S. R. E. Cardinali per eos dies cum amplissima potestate legatio Parmensis obuenerat. Huic, Pontificis iussu, legationis comes, & rerum spiritualium administri duo, Petrus Faber, & Iacobus Laines ab Ignatio dati: Senas verō in Errum, Paschasius ad instaurandam sacri cuiusdam cœnobij disciplinam ab eodem Pontifice missus est. In Aeniam seu Inarimem insulam, pacificationis gratia non leuis momenti, Nicolaus Robadilla: Brixiam in Cœnomannos ditronis Venetę, Claudius Iaius grauibus item de causis abiit. Ac per id ipsum tempus etiam in extremas terras primum Societati patuit aditus. Brasiliam oram, & præterea quicquid inter inaccessum olim Bonæ spei promontorium, vltimosque Sinas interiaceret maris tractus, Indo & Gange superato, Lusitani, armatis classibus; ante annos aliquot ingenti ausu & labore, æquę fortiter ac feliciter aperuerant. neque Ioannē hoc nomine tertium Lusitanie Regem insigni virtute ac pietate virum, vlla magis angebat cura, quā ut barbaras illas nationes à misera demonum seruitute ad vnius veri Dei notitiā cultumque; traderet: atque ob id ipsum, quos in ea mitteret loca præcones Euangelij, & moribus & eruditione præstantes, tota Europa impendio conquirebat. Eius rei conscius Iacobus Gouea, is qui Parisijs in ipso virgarū periculo singularem Ignatij fidem virtutemque,



que, ingenti cum admiratione cognoscit, proinde de-  
 bio statuit, illum & socios ad Indiam expedire  
 re quàm accommodatissimos, quoniam quidem in  
 Hierosolyma accessu bello impediti, quædam  
 audierat, in Italia substitissent. Neque tamen curam  
 eius consilij ratus impertendum Regi, quoniam  
 Ignatij voluntatem explorasset, pro amicitia ad  
 lum scribit, quàm libente Lusitania Regem, quæ  
 sus bonorum industria pietatique campus in laude  
 teat. sibi quidem, quando illum & socios ad Indiam  
 mitana curatione arceat bellum, sanctissima  
 dijs prouinciam in primis aptam videri. Si cõ-  
 ceat, vltro semet apud Regem totius negotij  
 pretem pollicetur. Ad ea, cum gratiarum  
 psit Ignatius, neque se, neque socios esse  
 quippe qui summo Christi Vicario semper  
 nexu Obedientiæ mancipassent. proinde  
 cum Romano Pontifice. quidquid ille  
 sine mora facturos. Quo accepto responso  
 facile speraret à Pontifice impetrari  
 gi suo per litteras aperit, ipsumque  
 Ignatij ad eum mittit cum summis  
 dibus, etiã atque etiã suadens, vt eiusmodi  
 potissimũ vtatur, neu tam præclaram  
 pariatur è manibus, cui similem  
 posterum habiturus. Haud incassum  
 quippe Rex & sua sponte iam incitatus,  
 viri monitis & auctoritate permotus,  
 Mascarenia, suo apud Pontificem  
 mādāt mox in Lusitaniam redituro,  
 plurimos ex Ignatij disciplina  
 liij caussa mittendos in Indiam,  
 quàm primũ agat: si res cum illo  
 ni conatu cum ipso Pontifice  
 tali comitatu reuertatur ad se.  
 to legatus accepto, sine cunctatione  
 ac pauca præfatus (vt fit) conciliandæ  
 mandatum sui Regis exponit, Patreque

in missionem Indicam postulat. Ad quem ille submissa oratione, tam honorifico Regis de se iudicio gratias cum egisset, eadem ferme quæ ad Goueam respondit: quod ab se petatur, totum id è summi Pontificis voluntate imperioque pendere. qui tamen, si, quid ego sentiam quæris (inquit Ignatius) vnum aut alterum fortasse tibi concesserit, plures verò nequaquam. At ille cum nihilominus in eodem postulato persisteret, Dei fidem & hominum testans, nusquam operam collocari fructuosius posse; tum Ignatius, quasi futura præfagiens, familiari ac placido vultu: Deus, inquit, meliora, clarissime orator. quippe si è tam exiguo numero, sex vnam dumtaxat in prouinciam demas, quantum, quæso, reliquo terrarum orbi supererit? Neque tamen idcirco ille ab incapto desistit. quoniam Ignatium sibi posse diffidat, ad ipsum adit Pontificem, narrat quid sibi ab Rege mandatum sit, suppliciter etiam atque etiam obsecrans, ne in tam honesta causa, tamque pia, frustrari se, Regemque suum concepta peropportuni subsidij spe paratur. Hic Pontifex, quamquam lætus ab vrbe Romæ penitissimum, vt par erat, peti sacri Euangelij nuntios, & insuper, tanto Regi, tamque de Romana Ecclesia bene merito gratificari vehementer exoptans; tamen, vt in tali negotio, ne videlicet seruis Dei ad omne paratis obsequium abuti pro potestate videretur (qua erat lenitate ac sapientia vir) audito legato, rem ipsam probauit, de numero ad arbitrium reiecit Ignatij. Is proinde (sanè quædam ægè ferente Mascarenia, neque tamen aspernans quod datum est) post multas in eam rem suas ad sumptos preces, quemadmodum antea significauerat, duos dumtaxat glorioso muneri destinauit; Simonem Rotezium Lutitanum, & Nicolaum Bobadillam, qui cum sacro Romam euocatus, grauitè ischiade laboraret, neque legatus Regius maturo iam reditu expectare poterat; ægro Bobadilla, sibi que vicem ereptam dolenti, Franciscus Xauerius repente sufficitur. Erat omnino laboriosa prouincia, iterque longinquum: & tam ferè nullam in spem reditus, tum verò in apertum

pane quotidie vitæ discrimen. Sed quæ alio die  
 di consilio retardassent, ea ipsa incitamenta  
 bus, cum se quisque tali sorte præcærens  
 maret. Ac Simon quidem paratâ in Lusitaniâ  
 riter antecessit, ac deinde Regis Lusitanicæ  
 que rogatu, quamuis inuitus, in eadem  
 tit. Xaverius autem, uti delatum ad eum  
 filuit gaudio, datoque sibi tempore vix  
 ad laceram attritamque tunicam referens  
 dos fratres: cum legato postera die profectus  
 tales agens Domino gratias, quod se de  
 potè effecisset. Perpetuas quippe clades  
 ignoratione Dei, in ultimis regionibus  
 ante miserari, & messis potissimû In die  
 crebris consueverat usurpare sermonibus.  
 per quietem non semel erat sibi visus. Actum  
 meros sustulisse vsque adeo ponderosum  
 magnitudine excitaretur è somno mire  
 brisque omnibus dolens: continuoque  
 cobo Laini patefaciebat eiusdè cubiculi  
 tur fuere nostris hominibus Pontificis  
 tresq; in varia deinceps loca profecti, ma  
 aucta Societate, institutisq; supplementi  
 me Europa collegijs, domibusve, res eas  
 adiutore gessere, quæ proprio, & quidem  
 ne ipsæ per se ad enarrandum indigeant.

*Ignatius plebi fame periclitanti succurrit.*



EQVE verò Ignatio &  
 manserant Romæ, ne  
 Erat annus à Virginis  
 VIII. insignis anno  
 hyemem præcipue  
 pia, ut passim iacentes  
 peres frigore famo  
 ferandum in modum expirarent. Quo  
 motus Ignatius, tãta calamitati sibi om  
 dum putavit, tamque è Garzonij villa,

frequentiora loca migrauerat, laxiore sibi ab amicis domino conducta ad circum Flaminium, in ea regione que sancti Angeli ad forum Piscarium hodie dicitur. In eius domus ampla cœnatione fœno stragulisque dispersis, & in pauperum alimenta eleemosynis vndique cœrogatis in omnes partes dimisit, qui in id hospitium, ut quemque periclitantem extrema inopia inuenissent, vel inier manus, prout res ferret, vel gestatoria sella deueherent. Cum strenue curaretur, adhibitis etiam ubi opus esset, adiutoribus baiulisque, breui numerus decumbentium ad quadringentos ascendit. Hic verò, eodem Ignatio præside ac duce, Patrum fratrumque fœderatas ac virtus exeruit. Diluculo quotidie linteari omnes ad imperia accipienda præsto aderant. Inde ad sua quisque officia discurrere sine vlla perturbatione vel tumultu; alij recens illatos pauperes clementer exuere, & calida elutis corporum sordibus in lectulo collocare; alij assidere languentibus, eisdemque amicissimis consolari verbis. hi cibos aut domi excoquere diligenter, aut aliuade missos instruere, illi fercula inferre, & longa inedia propemodum enectis pretiosos liquores instillare: hi cubilia sternere, illi scopis pauimenta purgare: denique tantam omnes munere suo ita fungi, ut præclare testarentur, in minimis illis agnoscere se Regem regum & dominum dominantium. neque verò corpora solum egentium, sed animi quoque eadem opera curabantur. Plurimi quippe rudes, Christianæ doctrine præceptis probe instituti, multi à turpi quæritu, fraudibusque deterriti, & quod caput est, sacra omnes cœfessione expiati, ac pacæ cœlesti lōgo interuallo refecti sunt. Deinde, ut aliqui conualuerant, succedentibus inuicem alijs, cum tegumentis ad frigus arcendum, & certo pecuniæ subsidio mittebantur. Ea res per Urbem vulgata, magnam populi beneuolentiã cœciliauit Ignatio. atque ad eã Christianæ humilitatis caritatisque officinã visendã interdium promissa turba, noctu verò etiã viri principes ventitabãt: ac tanta fuit exēpli vis, ut quidã, cum præsentibus non suppeteat sibi nummi, depositis illico in vltus pauperũ vesti-

men

mentis, domum seminudi reuerterint. Alii etiam tanta  
 æmulatione incitati, eiusdem conditionis hominum  
 rum non deerat passim copia, hospicio suscepto re-  
 gnè curarunt. Multi præterea proceres, in quorū  
 ris perfectionem, Ignatio pecunia summa vno  
 tulere non leuè. Qua in re Margarita Austriae  
 V. filia, Octauio Farnesio nupta, Placentinorum & Pro-  
 mensium hodie Duci, pietas ac beneficentia vni-  
 mis enituit. Atque eius pecuniæ, cum Ignatius imp-  
 ret, se vel maxima eorum qui contulerant voluit  
 partem aliquam in suas & suorum necessitates  
 posse; tamen tanta fuit religione vir, ut ne obli-  
 dem nisi in externorum pauperum commoda  
 pferit, relatis in codicem accuratè nominibus, et  
 um profus ratio constaret. Atque hunc maxime  
 dum labor ad exactam vsque hyemem secunda  
 admirumur ad exactam vsque hyemem secunda  
 frumenta partim ab ijs qui suppresserant, sponte  
 ta; partim à magistratibus aliunde conuecta sunt. Et re  
 non mediocriter annona laxauit; grauique periculi  
 periculo plebs, Deo adiuuante, ad solitos quietud-  
 pificia redijt.

*Confirmatur à Pontifice maximo Societas.*

*Cap. XII.*



Nterea, cum ad Ignatium turbam  
 onis aliqui subinde se adiungunt, et  
 quaquam immemor ille, quod ab  
 cietatem confirmandam amant, et  
 gotij paulo ante suscepti; quod  
 publicis oecupationibus oii daretur  
 in eam ipsam rem diligentissimè  
 lit, ac primùm totius instituti formulam  
 explicandā ad certa capita dilucidè rededit, et  
 deinde nactus opportunitatem, quod Pontifex  
 per autumni ferias è turba negotijsque

perat eam formulam auctoritate Apostolica sancienda eidem Pontifici suppliciter obtulit per Gasparem Contarenum Cardinalem, de quo supra dictum est, ob egregiam virtutem sapientiamque Principi in primis acceptum, nostrique ordinis amicissimum. quam ille ubi perlegit, confestim: Spiritus, inquit, Dei est hic, ac multa preterea in eam sententiam adiunxit, quare consideret recetem huiusce manipuli ardorem, tali tempore diuinitus excitatum, afflictis Ecclesie rebus non leui tum praesidio, tum ornamento futurum. Verumtamen, ut in tanta re ne minus consulte quidpiam statuisse videretur, totum negotium delegauit tribus viris e sacro Collegio Cardinalium, apud quos minimum loci fore putauit gratiae. In ijs fuit Barptolemeus Guidicionius Lucensis, vir diuini humanique iuris apprime peritus, idemque nouarum religionum adeo non amicus, ut de ijs ad certum numerum redigendis librum etiam conscripsisse dicatur. Is, prauidicata iam causa, collegas nequaquam propensos in Ignatium, facile in suam sententiam adduxit, certamque propemodum confectamque rem, consilio & auctoritate sua pene discussit. Quod ubi sensit Ignatius, parum praesidij ratus in hominibus esse, ad operam de more confugit. ac praeter ieiunia, supplicationes, caeteraque ad numen propitiandum adhiberi solita, caelestes insuper hostias eo tantum nomine per se & per amicos immolauit ad tria millia. qua procuratio, intra finem anni vertentis, cum caeterorum, tum praecipue Guidicionij ita immutata voluntas est, ut cum de multitudine religionum cohibenda idem quod antea omnino sentiret, huic tamen refragari se vltra negaret posse, diuino videlicet monitu, & occulta spiritus operatione vehementer instinctus. Ita, qui diu valde anxios habuerat Patres, eorumque spem varijs frustrationibus propemodum extinxerat, idem vna cum caeteris collegis repente placatus ac fauens, rem vltro suscepit, commendauitque Pontifici, Tibure denuo commorantis, qui libentissimo animo & Societatem ipsam, & Societati inditum nomen rite sancteque approbavit V.

Non.

Non. Octobris, anno MD XL. idque testamur rebus  
 se publicis litteris eodem die locoque datis, cum  
 men, vt in vniuersum socij ne plures sexaginta nomi-  
 rentur. Ea videlicet fuit nouella Societatis quatuor  
 quasi probatio. siquidem triennio post, cum varijs  
 atque prouincijs Deo aspirante constanter regnan-  
 re fructus; ab eodem Pontifice limes ille conuul-  
 latus est, liberumque Ignatio & successoribus  
 cuiilibet petenti Societatem dare. quod non appro-  
 plumate dato pridie Idus Martias anno MD XL.

*Præpositus Generalis creatur Ignatio*

*Cap. XIII.*



Giur post multas difficultates appo-  
 bata denique Societate gratia  
 (vt æquum erat) acta laetitia  
 benignitate res bene seculaque  
 tisset; deinde, quoniam in his a Pon-  
 tifice missio Patribus innumeris  
 corpore Præpositum Generalis  
 nim qui cunctis præfesset appellare placere  
 que tempore deligere visum est. Societatis  
 per id tempus erat eiusmodi. Franciscus  
 mon Roterigius in Lusitaniam erant  
 Fabri Cæsaris legatus Ortizius ad Vormaciam  
 uentum Pontificis permissu in Germaniam ad  
 Iacobus Laines Parma, Claudi' Iatus  
 chasius agebant. In Brutios Nicolaus  
 rat. Cum Ignatio Romæ duo dumtaxat  
 sabatur, Salmeron, & Codurius. yrones  
 dederant Societati, partim apud Ignatium  
 studiorum causa ab eodem Patris  
 bellum spirituale arma enixè parabant.  
 ad res domesticas componendas in  
 & concionibus iam tum, & colloquijs,  
 approbatione, Societatis nomen longè  
 rant. Hoc Societatis statu, cum Præpositus  
 pus adesset, Patres, qui quidem in Italia

ias moniti, quod rei Christianæ commo-  
 do facere possent, creandi Præpositi causa ad Urbem accederent; sub  
 initium Quadragesimæ anni MDXLI. cōuenere omnes,  
 vno dempto Bobadilla, quem in oppido Bisiniano tum  
 maxime res gerentem, abduci rursus ab opere Pontifex  
 noluit. Is & cæteri qui longius aberant, suum quisque in  
 scheda suffragium rite oblatum, partim in disces-  
 su reliquerant Romæ, partim deinde misere inclusum e-  
 pistolis. Ac primū tridui supplicatio indicta, vetitumq;  
 inter ipsos de Præpositi electione colloquium est. de-  
 inde coniectis in urnam schedulis, triduum insuper con-  
 tinuatæ preces: ac septimo denique die legitimè extra-  
 ctis recitatisq; suffragijs, Præpositus declaratur Ignatius,  
 nemine præter ipsum Ignatium discrepante: namque is  
 consulto, ne vnum nominatim ex omnibus deligendo,  
 cæteros quodammodo notasse videretur; in scheda  
 scripserat, se ad eum accedere, in quem plurima suffra-  
 gia conuenirent, vno se dumtaxat excepto. Igitur explo-  
 rata iam numinis voluntate, ad Ignatium venerabundi  
 accurrunt Patres. at ille, parendi nimirum longè quam  
 imperandi cupidior, seu uero vultu iubet eos abstinere, ne-  
 que se munus viribus impar suis vlla ratione subitu-  
 rum: multa que seriò disputat, cur alium potius quemlibet  
 sibi sufficere debeant. Sed videlicet quibus rebus pu-  
 tabat voluntates Patrum aliò posse transferri, eæ ipsæ  
 vel maxime studia eorum incendebant. nihil enim ad  
 conciliandos homines æque valet, atque animi mode-  
 ratio atque submissio. quo factum est, ut nihil eorū quæ  
 ad munus decrelandum Ignatius afferebat, aliquandiu  
 non modo ad animum admitterent, sed ne ad aures qui-  
 dem. Sed post multam denique altercationem ægre Ig-  
 natius tenuit, ut amplius in tertium diem obsecratione  
 protracta, rursus in suffragium iretur. quo die eum idē  
 porius omnium consentus exstaret, neque iam locus  
 conuersationi videretur esse; tum Ignatius. Quadoqui-  
 dem vos in me potissimū eligende petistis, inquit, ego  
 neminem, meæ confectus infirmitatis, vestro iudicio sal-  
 ta religione assensum nequeo; reliquum est, ut huiusce  
 non tro-



controuersiae arbitrum deligamus eum qui multo con-  
 fessionibus est; quoque, ut scitis, utor diuina voluntas  
 interpretare. (is erat ante conditam Societatem suus qui-  
 dam Theodosius ex ordine Minorum, cetero uero  
 ad sancti Petri in Monte aureo, qui fuit eius inuicem  
 appellatur.) Quod, ne frustra diutius tendere daret,  
 eo facilius concesserit, quod minimè dubitauit, quia  
 ipsorum suffragij prerogatiuam ille quoque in sen-  
 tentia comprobaturus esset. neque eos fecisse opinor.  
 Cum enim rem totam ad eum detulisset Ignatius, in-  
 becillitatem suam corporis animique commemorauit,  
 dein etiam atque etiam obtestans, ut se ratio conuincere  
 uatum uellet; ille cognita re tantum abstinere ut uoluntas  
 Ignatij cederet, ut etiam obiurgauerit hominem, quod  
 tam explorata diuina voluntate, Spiritum sancto diuina  
 restitisset: & simul, ne dissimulationi esset locus, etiam a-  
 diijt Patres, ac de suo responso certiores fecit. Quibus re-  
 bus denique victus Ignatius, omni spe in uano deserta  
 ne gerendae reposita, dedit manus, diebus octiduum  
 x. Kal. Maij, quo die ad auxilium diuinum impetratis  
 praecipua septem Urbis templa simul omnesque Apo-  
 stoli diui Pauli potissimum (quoniam eius manus sua  
 stoli uestigia sequerentur) solemni professione uocati-  
 gionis uota susceperunt. Ut igitur ea dies aduocata  
 plo ad sacellum beatae Virginis, ubi tum Exultatio  
 stodiebatur, quod, sacellum ad imos gradus eius  
 ximae, sub ipsam caelestis panis communione  
 mum qui sacrificabat Ignatius, tum ceteri sui prope  
 uota clara uoce de scripto ex Apostolici diplomatis  
 mula nuncuparunt. deinde sumpto ex Ignatij monu-  
 corpore Domini, post gratiarum actionem, facerent  
 eius adis loca religiose cum adijssens circa uiam  
 mam sub qua Petri, & Pauli Apostolorum uisita-  
 sunt, cuncti consistunt, stentesque praegressi  
 uissimè amplexantes inter se, gratulatur deus, et  
 quod captis adfuerint, suamque Societatem in  
 culo colligarint: deinde reliqua templa pari laetitia  
 tate circumeunt. Quibus rebus ingenti omni-  
 tudine

& conspiratione peractis, magistratum Ignatius inijs,  
 ac primum omnium, ad constituendam domesticam  
 disciplinā adiecit animum, quę digna tali instituto, dig-  
 na Christianę Philosophię professoribus haberetur. Ita  
 quę ad cęteros prouocandos, atque ad iacienda in tyro-  
 num animis verę humilitatis fundamenta, in sordidis  
 culinę ministerijs aliquandiu versatus est ipse, tanta cū  
 alacritate ac diligentia, quasi tū primū ad suam ipsius  
 emendationem, vitę spiritualis curriculum esset ingres-  
 sus, neque tamen interea grauioribus negotijs deerat,  
 temporibus ita distributis, vt quantum liceret, vti que  
 muneri satisfaceret. accedebat ad hęc, summus paupertas  
 amor, summa in victu cultuque frugalitas: præterea  
 in singulorum officijs exigendis, erratisque puniendis  
 admirabili mista lenitate severitas: in subleuandis verō  
 omniū & animi & corporis necessitatibus, cura & vigilā-  
 tia plus quā paterna. cumque ad ea caritatis officia, proue-  
 res postulabat, opportunas insuper adhortationes & pu-  
 blicę & priuatim adhiberet; haud sanē difficile fuit, in ani-  
 mo ac religione, eos mores eamque viuendi rationem  
 inducere; vt (si cęlestibus terrena comparare fas est)  
 ista illa tecta parietesque, angelorum in humanis cor-  
 poribus quidam conuictus videretur esse, nullę tum que  
 armoniæ, nullę detractiones, nulli susurri, quibus incom-  
 moda suspiciones excitantur, & disjunguntur animi;  
 sed acerrimum sui cuiusque deprimendi submittendi-  
 que certamen; in superiorum iussis excipiendis exsequē-  
 dique alacritas ingens; mirus in communicando inter-  
 pretandoque candor atque simplicitas: oculorum ac sen-  
 tentiarum custodia; studium precatōnis ac solidę  
 mentis ardens; quęque ex his rebus necessariō proue-  
 nit, admirabilis in magna nationum, ætatum, ingenio-  
 rum varietate concordia. Itaque cōiectis, vt fit, omniū  
 studiis in ordinem nouum; breui non ad nostros tantū,  
 sed ad externos etiā, salutaris exēpli manare utilitas ce-  
 pit. Adolescēs quidam, egregijs naturę adiuuētis, è Sep-  
 tualoniensi plaga Romā aduenerat, non modò Lutheria  
 bb  
 na ta-

na rabe infectus ipse, verū etiam mirē cupidus dōctō  
 lōgē lateq; vulgandē. Is cum ex occasione sēculum  
 nū ceterus in sereret, verbisq; venenatis clericū vane  
 mores summam in inuidiam vocaret primū, deinde  
 abductis à sacerdotum reuerentia mentibus parā de-  
 mata sēs in instillare quotidie pergeret; patetista re-  
 su magistratū comprehendit, qui cū deq; per se  
 sacra Theologia magistris adhibitis, illum ad opor-  
 insania reuocare frustra conari essent, quōd intere-  
 tum relinquere, aetatem & ingenium noluerat, prius  
 quā in eum lege ageretur, accersito Ignatio, ut vocan-  
 exponunt, quoniam iporum neque adhortationes ne-  
 minā proficiant, habeat illum aliquandiu in potestate, no-  
 at eum atque etiam ut errantem ouiculum ad recta  
 caulas aliqua ratione traducat. Ille clementer acceptus  
 hæreticum domum adducit, neq; verō sperans in eius  
 frustrata spes est. siquidem adolecens ab hęcno locu-  
 que amicissimē habitus, corū dictis, factis, & vultibus  
 accuratē obseruandis paulatim affici atq; inuicem De-  
 beneficio est captus; & quā antea respuebat, deinde  
 libentius in dies accipere: ac demū persecutus de-  
 tū officijs, & diligentissima curatione, cōprouent  
 ut euulsis lethaliū dogmatum fibris, p̄ntem p̄ntem  
 am gemebundus agnosceret: nec ante à laborum in-  
 defuit, quam voluntaria abiuratione decessus  
 res, ingenti bonorū tum admiratione, tum gaudio, qua  
 Ecclesia sancta in gratiam redijt. Is deinde, quoniam  
 viris grauib; cur qui antea tot machinis oppugnan-  
 pernicacissimē restitisset, Ignatij deniq; & Patris  
 tio & consuetudine vinci se passus esset, hęc casti-  
 ne respondit, se illorū non tam disputationibus agere  
 tisque licet in eo quoq; genere vinceret, p̄ntem p̄ntem  
 spectata sancti viri virtutis celsitudo: quod in velle  
 prope necessario statuisse: a tam incompromissis  
 tanta pace atque concordia, tam bonis operibus, nec  
 in Deum fidem abesse nullo modo posse. Quod in de-  
 mento cur hominibus nostris; licet ad conuersionem  
 Christū animas ingenij ac doctine prædica recepisse

tur, tamen conspecta vite morūque innocētia plus multo quam litteris aut cōcertationibus profici. Alius quidam, filius familias, desertis liberalib<sup>9</sup> studijs, ac repudiata omni disciplina, prorsus indomitus & effrenis, cum neque à parentibus iam, neque à magistris regi villo modo posset: Ignatio traditur. cuius lenitate, itemque ceterorum Patrum præceptis atque institutis accuratissimè excultus, posita paulatim serocia petulantiaque, cunctis admirantibus ita pudicos modestosque induit mores, ut vix minimū in illo vitium reprehenderes. Multi præterea omnium ætatum, atque ordinum, quos præceps in omnem licentiam natura cupiditasque corruerat, Ignatij consuetudine exemplisque incitati, collegere sese, atque ad bonam frugem Deo adiuuante rediere.

*Generalis Ignatius denuò Catechista munere fungitur. Cap. XIV.*

**P**ER eos dies nomen Societati dederat Pontificia familia Petrus Codatius Laudensis, vir honoratus, & opulento sacerdotio præditus. Is, diuino prorsus instinctu, diuinjs & commodis omnibus propter Christum abdicatis, Mattha munus in Societate sibi vltro deposcit, & egregiè præstitit, in alimenta Patrum (erat autem Vrbe tota notissimus, & apud principes gratiosus) eleemosynis vndique corrogandis, quæ res Ignatium & socios magna molestia liberauit; quippe quos in spiritualem proximorum salutem omni studio incertos, temporariæ curæ ad eam diem valde impedierant. Eiusdem Petri opera templum etiam proprium Societas nacta est sanctæ MARIÆ à Strata, non satis amantissima Urbis regione, & ad Societatis functiones proximis idonea: cuius loco, dum hæc scriberemus, Alexander Farnesius Cardinalis, Pauli III. Pontificis maximi nepos, ædē nomini IESV magnificentissimam regio sumptu exstruebat. Ei templo deinde

bb 2

adiun-

adiuncta domus est, quam hoc tempore Iacobus  
 Philippi Archinti beneficio, Salaffiorum Episcopi, qui  
 tum Pontificis vices in diecesi Vibana guberna-  
 Societate vniuersa in primis optime meriti. In quo  
 templo Ignatius, professionis lege, sex & quingenta  
 diebus Christianae catechesi operam dedit: in quo  
 riore, magna & assidua non modo plebis, sed etiam  
 praestantium virorum frequentia: protulit, quae et  
 optimatibus palam gloriarentur, beatorumque  
 quod nullam omnino ex Ignatij conuentionibus  
 sent. Agendi autem rationem sequebatur: cuius  
 dei praecepta, & mysteria cognitu necessaria, primum  
 vulgi captum explanabat, iterabatque, ubi opus  
 eadem sapius: deinde opportunis digressionibus  
 interim locos tractabat fufius, non tam ad argu-  
 doctrinae ostentationem, quam ad pietatis  
 dam, populumque permouendum accommodatis,  
 que tam veris grauiusque sententijs, tam ad  
 oculisque, vt diuini amoris ignem vndique  
 reur, minimè fucatae eloquentiae vir, nec in  
 ces numerosque sollicita, sed ingenti animo  
 perus tulerat, sua senta prosequentijs. Itaque  
 nem eius, non ineptus populi plausus, aut  
 diae commendatio sequebatur, sed alta fufusa  
 que, & anteaetate vitæ detestatio salutaria: ut  
 humi oculis, tristes ac libimet irati discederet  
 illic se ad sacerdotum pedes abijceret  
 causa, tanto cum fletu atque singultibus, vt  
 soluere, aut vocem in verba formare vix

*Societas augetur, distribuuntur praemia*

Cap. XV.

**I**NTER haec Societas maiorem  
 crefcere, sublatisque Pontificis  
 cellis quos initio idem Pontifex  
 est) illi probandae praefixerat, maiorem  
 ad militiam spiritualem Ignatio dare nomina

noui ordinis fama, bonusq; odor instituti operis manaret  
 quotidie lauius; Patres varijs orbis terrarum locis vehe-  
 menter expectabantur. Itaq; ab Romana domo tamquã  
 à metropoli, distantiſſimas in regiones, ciuitatum Re-  
 gamque inuitatu missæ coloniarum; domusque vel colle-  
 giæ ingenti approbatione constituta: primum omnium  
 in Lusitania, atq; ad eò in ipsamet India, sumptu ac mu-  
 nificentiæ Regum Lusitaniarum aliorum pietate in Hi-  
 spania, Gallia, Germania, Italia. sed eum aliæ pleræque  
 nationes auidè Societatem amplexe sunt, tum verò Sici-  
 lia & inuitauit perhonorificè, & permissu Pontifi-  
 cis maximi acceptam, in primis copiosè ac benignè tra-  
 itauit: adnitente præsertim Ioanne Vega Hispano (qui  
 regnum illud pro Cæsare administrabat) præstanti non  
 minus religione, quàm prudentia viro; cuius, etiam an-  
 tea, dum Romæ legatus Cæsaris ageret, plurima & ma-  
 xima in Ignatium & socios egregiæ cuiusdam beneuo-  
 lentia documenta cõstitierant. Itaque tam latè iam fusa  
 Societate, non modò collegijs domibusve rectores præ-  
 ficere, vt antea, sed etiam Prouinciales præpositos quos  
 appellat, cum ampla potestate in singulas nationes de-  
 liberare coactus Ignatius est. Ac primum Lusitaniæ præ-  
 posuit Simonem Koterigium, deinde Hispaniæ Auto-  
 nium Araozium Cantabrum, Italiæ Iacobum Lainem,  
 Indiæ Franciscum Xauerium, Germaniæ Petrum Cani-  
 ham, Galliæ Paschasium Broetium, alijsque deinceps a-  
 lios. Nam urbanam prouinciam, nisi si quando grauior  
 in valetudine premeretur, ad extremum vsque ipse admi-  
 nistravit. Interea de Societatis vniuersæ progressu mirè  
 sollicitus, à singulis Prouincialibus per litteras pensum  
 exigere; vnicuique mādare diligentiſſimè quæ è re com-  
 muni essent: Romæ verò, præter domesticæ disciplinæ  
 curam, de qua dictum est, ceterasque functiones, multa  
 & grauias quæ ad incrementum ac defensionem catho-  
 licæ fidei pertinerent, partim cum summo Pontifice,  
 Cardinalibus, Legatisque Principum coram, partim et-  
 iam cum ipsis Regibus atque Principibus per epistolas  
 interpretis agere. Accedebat ad hæc, sollicitudo ingens,  
 atque

atq; indefessus labor in subleuandis pauperibus, orbis orbisq; educatione ac puerorum curanda tuendaque, & perditis mulierculis auxilio ad frugem & continentiam traduccendis.

*Varia in Ignatium tempestates exiunt.*

Cap. XVI.



Vibus ille rebus dum Christianus agit intrepide, multorum vitis, et simultratesque contraxit. In quibus quidam (cuius nomen patet) potens & graciosus, cum abbatem a se mulierculam, quam nuptiarum in cenobio collocatam femina per se fauore in dies concepta rabie, quam libere accendebat, ita demum exarsit: ut pane ac primùm, facta manu, fenestras cenobii intrare, custodes infestare, minari deinde in ignem, etiam conferre, quin etiam ex occurso profectus, etiam illis eosdem incedere: denique ad eos fumos, etiam dos improbillimas in ipsorum vitam calidius, etiam re: quæ domos primùm nobilium circumdant, etiam taque sermonibus (quos partim pronam in demum suasio, partim vafani illius artificium diabolice, etiam bat) ad Cardinales etiam, atque adeo ad ipsam, etiam ficem peruenerunt. Igitur vulgus, ut est plura, etiam leuius, quos nuper summa cum approbatione, etiam rat, eosdem repente contēnere, & acerbiore, etiam execrari, & singulorum caput dira imprecatio, etiam gere; proliis ut iam non modò cum prexatione, etiam ne pedem quidem ianua turo efferre possent. Etiam vero, licet magna ex parte fictas criminationes, etiam tamen rati subesse profectò nescio quid, quod etiam uidia flammam foueret, etiam immutata, etiam

data in Ignatium voluntate videbantur. At Ignatius, quamvis à sua suorumque consuetudine multos abduci non sine rei Christianæ iactura cerneret; tamē ratus mitigari hominis ferociam posse, primò rem dissimulare, atque adeo officijs cum improbitate cernere: deinde ubi malum serpere quotidie latius, & ipsa patientia corroborari audaciam sensit non tam priuato dolore, quam rei publicæ detrimento permotus, ad Summum Pontificem adiit, ab eoque suppliciter impetrauit, vt criminum, quæ sibi suisque denuò obijceretur, ac re iudiciū excerneretur ab Archinto Vicario, & Francisco Michaëlo Urbis præfecto. Ij, citati omnibus ad quos criminum vel suspicio vel conscientia pertinebat, ac per diligentem inquisitionem calumniatoris fraude comperit, Ignatium & socios non modò absoluerunt lata sententia, sed etiam debitis laudibus & honore verborum exalterunt, increpito valde aduersario, pœnaque proposita non leui, nisi à petulantia maledictisq; desisterent, ne grauius in eum animaduerneretur, Ignatio in primis deprecatore perfectum est, ita, quod antea semper, tam quò que Ignatij sanctitatem illustrauit hominum iniuria; & Deo duce, virtus ac veritas, dum violata, effulsit. Hisdem ferè insidijs postmodum appetitus Ignatius est à sacerdote quodam, qui cum domum cathumenorum administraret, ferè non poterat in ea regenda familia maiorem à loci præsidibus Ignatij rationem haberi, quam sui. Sed miser, Ignatio silente ac pro eodem orante, breui perfidiæ pœnas dedit. atrocias enim anteaactæ vitæ sceleribus iusto Dei iudicio patefactis, quæ ad eam vsque diem astutè suppressas sacerdotio spoliatus, & perpetuo carceri addictus est.

bb 4

Regimen





**INTEREA** Elisabetha Babilonia  
 nonensis, quæ Ignatij prima litterarum  
 studia fouerat, Societas IESV con-  
 stituta, & confirmata tanta com-  
 muni ex Hispania conuulsa, parum  
 ut Ignatium logo intervallo nauis  
 patum etiam ut vnâ cum quibusdam alij  
 ad normam illius atque præscriptum  
 que Ignatius quidem, sospitem adue-  
 nientem inuenit, optinè merita gra-  
 tularus est, & omnia officia de-  
 qua saluo religionis instituto præ-  
 stare poterat, pro se ro foemina-  
 rum suscipere sese negavit, præter  
 grauisissimisque occupationibus  
 impediret, non minus instare, sanc-  
 tissima veteris amicorum  
 postulati æquitatem obtendere: denique  
 vniuersisque obfirmatum vidit Ignatium,  
 ad eas artes, atque ut erat nobili  
 nata loco, per se non facile tenuit  
 ut Pontifex maximus Ignatium  
 id ipsum quod recusabat, iniungeret.  
 Sed cum in Societatis commodum  
 veritas præter spem non solum  
 in præfens, verum etiam in  
 periculosa prouincia liberauit.  
 Etenim Ignatius, iustis  
 iussu ea procuratione suscepta,  
 pauca tantam difficultatem ac  
 laborem sentit, tam difficiliter  
 mulierum audire, superstitiones  
 euellere, tantis curiosis  
 quaestionibus respondere idem  
 ut pane plus ei negotij pauca  
 foemina, quæ vnuerfa face-  
 sset, se promeritis gratificari  
 admodum cupere, putans apud  
 se, quantum ex huiusmodi  
 menti respublica pateretur,  
 simul etiam vt harum exemplo  
 aliæ deinceps religiose  
 ginesve idem à Societate in  
 posterum expectarentur.

quam ignarus quàm periculosa, & suspicionibus plena  
 ita consuetudo; priuati officij rationem posthabere  
 communi vtilitati, ac totum hoc genus administratio-  
 nis à Societate prohibere omni ratione constituit. Igi-  
 tur adhibita (quod in omnibus grauioribus causis fa-  
 ciebat) præparatione diligenti, imploratoque per itera-  
 tas preces & hostias celesti præsidio, ad Pontificem ac-  
 cessit, verbisque supplicibus demonstrauit, ex onere si-  
 bi inæquè imposito, quàm exiguo cum fructu quantum  
 laboris ac molestiæ pertulisset. ea ipsa re monitum  
 quàm aliena sit à Societatis instituto eiusmodi præse-  
 ctura, petere se & orare, vt non ab illis modo, sed ab om-  
 nibus in perpetuum fœminarum collegijs gubernandis  
 inuicem Societatem esse iubeat: non defuturos alio-  
 rum ordinum idoneos homines, qui id munus libenter  
 & cum fide obeant: sibi quidem & suis, prouinciam vi-  
 deti minimè accommodatam, neque verò æquum esse,  
 qui se se ad omnium gentium auxilium, sine vlla  
 regionum aut locorum exceptione, CHRISTI Vi-  
 cario mancipauerint, eorum operam & industriam,  
 non sine graui communis rei damno, paucis regen-  
 dis mulierculis implicari. Quibus rationibus ita per-  
 suasus est Pontifex, vt supplicanti omnia largè ac pro-  
 pte concesserit. Itaque Societati ab eiusmodi mune-  
 re vacatio in perpetuum data, eiusque vacationis au-  
 thoritas testata est trinis deinde litteris Apostoli-  
 cis, quæ tempore procedente magno vsui  
 fuisse nostris hominibus, ad eius gene-  
 ris pericula & molestias abi-  
 gendas.

Honoribus in Societatem nostram Ignatianam  
tum obstruit.

Caput XVIII.



TQVE ijs difficultatibus penitenti  
Societas, prosperum Deo iudicio  
sum tenere videbatur, cum tunc re-  
fus in eam coorta tempestate et pro-  
dem grauior & periculosa, pro-  
speciem lenior blandi quae in spe-  
per Germaniam varijs loca. Domini  
vineam excolebant, Claudius Iaius e-  
nus, virtutem & sanctitatem suam cum  
tum Romanorum Regi Fernando ita  
Rex nullum profus ad curandas animas  
rale munus apriorem existimaret. Is  
cum praecclare intelligeret, regni cau-  
ligionis ita esse coniunctam, ut quan-  
gione detraheretur, tantum de obse-  
de imperij maiestate decederet; co-  
ximè tempore Lutherianam pestem, ve-  
diu, quam optimos animarum pasto-  
mini diligentia conquirebat. Igitur  
dies Tergestinarum Episcopo, quae ciuitas  
tū prouincia, quam dixi Iaius, propter  
mania imminebat) circumspexit dili-  
& personis & rebus, denique eccle-  
Iaius perspectae sibi virtutis & doctri-  
mandare constituit. Sanè, ut vulgo  
di sacerdotia, minime timendum  
tum vltro praesertim honorem Clau-  
quidè Tergestina cathedra cum in  
ampla & honorifica est, tū verò  
quæri solet) vestigalibus haud sanè  
cta. Verum tamen Rex, ne quid in-  
tificæ maximo ea de re transigeret; pri-  
teras ad ipsum Claudiū dat, Tudecū

Christiana causa commorantem, ac nihil cogitantē mi-  
 nis. quarum erat sententia, Tergestinum gregem orbū  
 spemali custode, circumquaque frementibus lupis, in  
 maximo versari discrimine; dignam esse vigiliam carita-  
 te laici, studioq; hominum seruandorum; petere se, vt si a  
 Pontifice maximo id ei muneris onerisve imponatur, ne  
 recuset subire; & populo vtilem, & sibi gratam operā ve-  
 hementer fore. Percussus inopinata re laicus, primò co-  
 horruit: non quò detestandum quid sibi oblatum puta-  
 ret, sed quòd Episcopus, qua curam gerit animarum, di-  
 uinam p̄ne virtutem, & omnibus numeris absolutam  
 postulet sapientiam: qua gradus honoris est (& quidem  
 ad continendam in officio multitudinē sermē cū splen-  
 dore opibusque coniunctus) a spiritu humilitatis ac pau-  
 peratis, quem proficitur Societas Iesu, vehementer ab-  
 horreat. deinde, vt se ex pauore collegit, fusus in pre-  
 ces lacrymasque, etiam atque etiam obtestatus est Deū  
 vt ab se tantum discrimen auerteret; neu se primum qua-  
 si inuito speciosos titulos honorēve in Societatem ad-  
 id tempus intactam inuehi sineret. tum rescripsit ad Re-  
 gem, multis rationibus ei suadens, vt tam honorifico iu-  
 dicio decoraret alium digniorem, longè imparem suam  
 infirmitatem esse oneri: ac demum ita conclusit epi-  
 stolam, vt omissis ambagibus, quod petebatur, præcisè  
 negaret. Quæ res iam satis incensum studium Regis,  
 multò vehementius inflammavit, quòd ita statueret, tā-  
 tum in summa virtute & eruditione modestiam, nequa-  
 quam priuatæ vitæ quasi tenebris delitescere, sed in edi-  
 tissimo fastigio, vt luceret omnibus, collocari oportere.  
 Ergo cū ex litteris Claudij diffideret, vllis aut pre-  
 ceibus aut promissis flecti eius animum posse; per Ponti-  
 ficem ipsum, inconsulto vltra Claudio, rem confice-  
 re statuit. Ad eum igitur quàm accuratissimè scrip-  
 sit, quanto in periculo Tergestina ciuitas versaretur E-  
 piscopo desitura: se quidem pro sua parte diligenter cir-  
 cumspexisse, quem nominaret aptum ei muneri, nec vl-  
 lum inuenisse aptiorē Claudio laico, Societatis Iesu pres-  
 bytero, cuius innocentiā doctrinamque exquisitam  
 plu-

plurimis rebus esset expertus: sed frustra per litteras  
 tasse eius animum, in studio Christianae humanitatis  
 defixum, & ab honorum insignibus admodum abhor-  
 re adeo alienū, ut nisi pro potestate cogatur, nulla de opor-  
 borantis illius ecclesiae tā opportuno praedico libere  
 dae proinde suppliciter se etiā atq; etiā orare delecta-  
 re, ut Claudium pro imperio iubeat, de laeta de potentia  
 la munusque sine tergiversatione recipere, quoniam  
 quisque de se ipse minimē alta sentias, ac potius  
 se lateat, ita ecclesiasticis functionibus & ipso quod  
 tu dignissimus sit. Hec igitur, & alia id genus multa, ad  
 Pontificem. & simul Didaco Lasso mandata veniunt  
 ut id ipsum & cum Pontifice, & cum quibus opus  
 quam diligentissimē curet, profusque comitetur. Eius  
 rei fama cum per aulicos quosdā ad Ignatium por-  
 set, primò haud ita sanè commotus est. nam & Constantia  
 constantia, & Pontificis aequitati ac sapientia admi-  
 bar; & eiusmodi petitiones iam ante Societatis ad-  
 tore, non semel illuserat. Verum tamen ut quae  
 clarius cerneret, continuò Bernardinum Nostium  
 tum erat Pontifici ab epistolis, ac postea in Car-  
 lium numerum cooptatus est) vltro conatus ac  
 de re familiariter pro amicitia seiscitatur. In hoc  
 nē grauatē ipsam epistolam Regis ostendit, ad Pon-  
 cem summis cum Claudij laudibus & veneratione  
 tentione per scriptam, qua lecta confestim Ignatius  
 dem de causa ad Regis oratorem Didacum mittit  
 dit: qui litteras item ad se proprie datas demittit  
 quidem magna ex parte ipsius Regis chirographo  
 atque etiam postulantis mandantique, ad  
 Episcopatus ab se in Claudium collati primo quod  
 pore auctor fiat Pontifex maximus, eiusque  
 tis diploma ritè confectum ad se transmitti  
 sed ita, vti nequaquam animo cadere ac  
 aduersarijs longè imparem sciret esse, tamen  
 minis omni ope sibi contra nitendum existimavit  
 in praesentia Didaco suadere conatur, ut ad

boni Societatis tam aliena desinat ipse, & simul ab ea  
 nente Regem aliquo pacto deducat. quibus verbis cum  
 nihil proficeret, quin potius ab homine rideretur, domū  
 regressus quā intenuissimas preces & sacrificia de mo-  
 re suis indixit: deinde nactus opportunitatem, facilem-  
 que aditum, Pontifici demonstravit quanto res ea dam-  
 no esset futura & Societati nostrā priuatim, & Ecclesiā  
 vniuersā communiter. non quo dignitatis gradus ac ti-  
 tulli ipsi per se mali atque improbandi sint, quippe ad Ec-  
 clesiam regendam & ordinum discrimina retinenda in-  
 ducti diuinitus: sed quod & perfectos viros requirant,  
 quales pauci admodum omnibus sæculis exstiterint, &  
 insuper ab huius minimæ Societatis instituto valde alie-  
 ni esse videantur. Etenim quibus artibus, quoque spiritu  
 excitata & constata sit, eodem profectō alendam & con-  
 seruandam esse: non amplitudinis & splendoris nimirū,  
 sed humilitatis & parcimonie. Quod si aditus in Socie-  
 tatem honoribus pateat; multum utique de vera carita-  
 te imminutum iri, quæ nihil omnino habet in vita pro-  
 positum, nisi vnus gloriam Dei. nam (vt sunt hominum  
 regna) & complures fortasse ad hanc religionem accel-  
 lentes opum cupiditate magis, quā diuini obsequij stu-  
 dio, & qui nuper adscripti sint, magnitudine laboris, &  
 disciplina asperitate defatigatos, vt primum præsentis  
 præmij commodum affuisset, mutato repente cursu,  
 nouæ spei velificaturos, atque vt maximè in officio cũ-  
 ti persistant; tamen nisi præsentis iacturæ eatur obuiam,  
 in dubio Societati exitialem (quod Deus auerteret) ex-  
 tum imminere. Id adeo vel inde facile perspicere posse,  
 quod paucis illis annis, quattuor viris ex ea familia præ-  
 ceptis ab eisdem Episcopatus delati sint, quos nisi forti-  
 ter alio deinceps atque alio dilabente, breui miseram  
 Societatem ipsis luminibus caritatem fuisse. Atque hæc  
 quod priuatim ad conseruationem ipsius religionis at-  
 tendat. lam, si communem spectemus vtilitatem, nemini  
 dubium esse quantum ex ea re detrimenti res publica  
 acceptura sit. nihil enim omnibus ætatibus equè deplo-  
 ra-

randum fuisse, atque in tanto mellis copia raris  
 rum inopiam: atque ex ea ipsa paucitate, quae in  
 agro additi affixique sint, longè minus inopiam  
 quam qui Apostolico ritu soluti ac libentes in  
 as peruagentur, ad eamque potissimum  
 stianæ partem subleuandam accurrant, qui  
 laborare cognouerint. Præterea, ad facientes  
 fidem, & animos permouendos, nihil est  
 tæ ac morum exemplo itaque adhuc Secretum  
 verbo inuidia) Ecclesiæ non mediocriter  
 præterea quod minimè ab eius dictis factis  
 nunc autem, si ad id fastigium extollantur,  
 modo fieri posse, ut apud multitudinem  
 norum, ambitionis ac leuitatis crimine  
 rō fronte, quo vultu, repente aucti ac  
 rum insignibus, de imitatione Christi,  
 ria, de voluntario sui contemptu ac  
 facturi sint? Hisce, alijsque causis  
 etiam atque etiam obtestari atque obsecrari  
 cietatem primus auctoritate & benignitate  
 uerit, ornauerit, auxerit, eam de ab omni  
 commoda velit esse liberam, suaque in  
 periculoso præsertim tempore tueatur.  
 Pontifex perbenignè, ut solebas sic tamen,  
 tem hominis admiraretur potius, quam  
 probaret. Itaque collaudata initio  
 te, sensim flexit orationem, & contra  
 eū alia multa disseruit, tum verò ex  
 inquit, regis in manu Domini: quasi  
 eligendo tantam Fernandi Regis  
 diuinitus exstitisse; ac proinde  
 luntatem, quàm ut obisti ultra oportere  
 natus grauius ac dolenter accipere  
 qua erat lenitate, ne Dei famulum  
 se dimitteret, ad extremū iuber illum  
 consultare, precesque ad Dominum  
 diem esse facturum. Interea Didacus  
 urgebat acerrimè. iamque instabat dies,

tu de Tergestina ecclesia referendum erat. qua re Ignatius cognita, confestim Cardinalium pæne omnium domos, quarum erant multæ longis intervallis inter se distantæ, ingenti diurno & nocturno labore circumijit, singulis eadem illa fere proponens, quæ paulo ante Pontifici maximo. Sed videlicet eorum mentes iam ante occupauerat orator. Itaque mirè obfirmatos offendit in Claudij electione approbanda; partim quod tanti Regis voluntati faderent; partim etiã quod vigilæ & custodes Claudij maximè similes, tam formidoloso tempore, in Ecclesiæ propugnaculis atque speculis ipsimet collocandos putarent. Hæc quoque spe delectus Ignatius, vnum reliquum videbat esse remedium, si Fernandum ipsum Regem à suscepto consilio per litteras auocaret, quem pro ipsius pietate virtuteque ita in se suosque animatum nouerat, vt minimè dubitaret, quin cognita re salutem Societatis, Tergestinarum rationibus antelaturus esset. Sed ne illa quidem ratio habebat exitum: quippe insequenti luce de Tergestina cathedra Senatus erat futurus. Ignatius igitur exclusus angustijs temporis, numquã intermissis ad Deum precibus, quasi ad extremum in rebus humanis refugium sese contulit ad Margaritã Austriacam Carolis filiam, de qua supra dictum est, fœminam per id maximè tempus gratia & opibus florentissimam. Hanc pro spiritali necessitudine (erat enim illi à cõfessionibus) sociam quanto in periculo Societas esset, infimis precibus obsecrat, vti Societatis causam in se recipiat; & iam mentem relationem auctoritate tua interposita tamquam differat, quoad Regẽ ipse per epistolã alloquatur, & ad eius responsum accipiat. Fecit illa quod rogabatur, & subito datis ad Pontificem codicillis, opratã dilationẽ impetrauit. ea demum res aliquid laxamenti dedit Ignatio. eum spatium nactus, ad Regẽ scripsit litteras, deprecatonis & querimoniarum plenas; illum etiã atque etiã pro Christo obsecrans, ne Societatem nuper ad gloriã tantò labore cõstatam, sine causa perditum iret; nõ de ipsius maiestate, regnisq; & se socios esse meritos,



ut ab eo nulla eorum existimationis, fama, salus deinde  
 que ratio habenda esset, non defore idoneos viros, qui  
 Tergestinam capessant, sineret modo sui ceteros homi-  
 nes qua capissent paupertatis & humilitatis via ad Chri-  
 sti gloriam, & salutem animorum sine ulla ambitione pro-  
 ce, id si (ut sperabat) permitteret, se & locum am-  
 pli beneficio Regi obstructos fore, preceps propterea ma-  
 iestate saluteque numquam intermissurus. Hinc ali-  
 que id genus incensis officij religionis rationibus pro-  
 busque minimè restitit Rex: & quamquam inuicem  
 suis rationibus amicorū vilitati posthabitis, quod  
 fieri videbatur posse; per epistolam iusto carere  
 ab instituta, vel potius pæne confecta actione delin-  
 que res vulgata, & Pontificem maximum sacre in Ig-  
 natij sententiam adduxit; & Ignatium ipsam ac fructu  
 affecit ingenti lætitia. Itaque & in posterum legem  
 nes decreta, & in præsentia solemnibus hymnis in  
 rum actionem publicè persolutus est. Ac post  
 constantia sese Ignatius idem opposuit, cum ad  
 minibus pingua sacerdotia, quibusdam vero  
 latus etiam deferretur, ac nominatim Franciscus  
 Hispano dynasta, qui amplissimis in eo regno  
 etus honoribus, diuino instinctu post vniuersis  
 bus mortalibus valere iussis, & sponte de-  
 ensi Ducatu, magna hominum admiratione  
 se addixerat. Quamquam in Aethiopia regno  
 postmodum Lusitanie Regis rogatu à summo  
 ce nostris iniuncta est; cum ad eam summo  
 siasticæ dignitatis insignia, & honorum  
 quærentur, imperanti pro potestate Vicario  
 si non potuit, præsertim cum periti reuol-  
 matores argute conijcerent, nouam hanc  
 num, non ad opes & copias, verum ad  
 labores & aperta vitæ pericula  
 destinari.

Cap. XIX.

**P**OST hæc, Paulus III. Pontifex maximus, senio curisque confectus, è vita migravit, comitiisque nouo creando Pontifici, in magna studiorum ac voluntatù varietate in aliquot menses extracta sunt. Quo ipso tēpore cū Vrbs, vt in diuturno interregno, annonę difficultate vehementissimè laboraret, nostrisque numero in dies auctis, extrema fames adesse videretur; Ignatius cum aliorum, tum præcipuè sacri Collegij Cardinaliù eximiam in se suosque benignitatem expertus est. quippe in summis occupationibus Patres augustos pia notitorum hominum recordatio subiit: communique consilio ad eorum inopiam subleuandam non leuis pecunie summa ex ipso Conclauis transmissa est: enixè in primis fauente atque adiuuante Rodulpho Pio Carpenliquem Ignatius iam ante sibi sociisque patronum ac protectorem, vt appellant, è summi Pontificis auctoritate delegerat. Ac rebus diu multumque agitatis, Pontifex denique declaratur Iulius eo nomine tertius, qui quòd in Synodo Tridentina Legatus Fabrum, Lainem, & Salmeronem Theologos Apostolicos familiariter nouerat, multaque tum ex ijs, tum ex alijs de Societatis instituto didicerat; Ignatio supplicanti multa in Societatis incrementum ac rem, admodum liberaliter tribuit; nec enim solum prioris Pontificis de ordine nostro iudicia & acta firma rataque voluit esse; verum etiam eundem ordinem nouis insuper ipse testimonijs atque decretis ornauit. Cuius rei publica diplomata exstant verbis amplissimis.

**I**SCCE rebus ita peractis, cum facta in presen-  
 tia communi rei consilium se videret  
 Ignatius quia erat humilis, viginti  
 suam alteri tradere, seque Generatum con-  
 no abdicare constituit. Ignatius vero qui  
 quot communis rei commodo potuit, Romanis  
 tibus; cum in consilium conuenissent; ne, ut dicitur, in  
 coram dicenti reclamaretur, per epistolam de his res  
 bis exposuit, se, qui vitia nosset sua, & inoportunum  
 que ad eum coactum, Societatis gubernacula non  
 nunc grauiore etiam valetudine atateque, non  
 idoneum esse tanto muneri proinde per Christi Domini  
 sanguinem petere atque obtestari se, ut in illo la-  
 re respectu, communi utilitati prospiciant, & quae  
 sibi sufficiant virum & animo & corpore, ut  
 quod liberius faciat, inquit, Ego in nomine Domini  
 Iesu, & Spiritus sancti, vnus Dei ac creatoris mei, Iesu  
 Generatum simpliciter & absolute, meo ad hoc  
 munere, priusque & omnibus animarum meo munere  
 fecero tum profusos omnes, tum si quos possit ob-  
 re ad hanc deliberationem volent, ut huiusmodi  
 sto desiderio faueant, piamque oblationem libenter  
 mittant. Hac epistola recitata, magnus amorem  
 tus est factus, cum partim viri modum suam ac  
 nem satis admirari non possent, partim etiam  
 que metueret, ne quis alius fortassis Ignatium  
 sentiretur. Verum ut ad suffragia ventum est, non  
 ne consensus omnium in eo retinendo exstitit, prae-  
 fuerat in eligendo: & enixe petenti, praesertim  
 Denique per internuntium iussus Ignatius  
 cogitare: etenim se quidlibet potius, quam  
 natorem ipso viuere passuros. Atque hac  
 dimisso deinde coetu, priuatim singulis  
 postulare, quod ab inceptis desistere, quod  
 stitutam societatem, omnique custodia egerent.

durus pater teneram adhuc filiã deserere conaretur. Per-  
 geret porro, & publicam rem ordinaret, legesque perscri-  
 beret: Deum, cuius manus alligata non sit, in posterum  
 quoque, sicut antea, pijs ipsius conatibus adfuturum. Ita  
 que Ignatius, quamquam inuitus, & religiosæ quietis,  
 vitæque priuatæ auerisimus, tamen ne minus dicto au-  
 diens videretur esse, Patrum auctoritati ac precibus de-  
 nuque cessit, seque ad institutum opus legum scribenda-  
 rum quã diligentissimè retulit. Ac primum, vnius Dei  
 gloria, saluteque animorum sibi proposita, Societatem  
 vniuersam, quò facilius administratio tota cõstaret, cer-  
 tas diuisit in classes: prouidique quantum ingenio & co-  
 gitatione assequi valuit, cum vi ceteris vitijs, tum verò  
 ambitioni & auaritiæ, quæ duæ perniciosissima sunt  
 mortalium pestes, omninò obstrueretur aditus: vereque  
 humilitati & paupertati, quàm maximus & maximè diu-  
 ritus honos ab omnibus haberetur. Ad hæc, rationem  
 propositi Generalis creandi, necnon priuatam ac publi-  
 cam disciplinam, quæque alia ceteribus hominum regen-  
 dis vsui solent esse, præscripsit. Nec modò maiora, sed  
 minora quoque ministeria curationesve, certis legibus  
 ac præceptis quàm accuratissimè persecutus est. Has de-  
 inde leges, quamquam longo tempore, summaque cura  
 elaboratas & conditas, non tamen continuò pertulit, sed  
 per idoneos homines tota Societate promulgandas cu-  
 raui, vt vsu ipso, & magistrarum rerum experientia probare-  
 tur, satis ne ad Societatis propositum, atque ad Aposto-  
 licam instituti formulam conuenirent. neque ante raras  
 hasque voluit esse, quàm in proximo cõuentu Patrum  
 re agitara & planè perspecta, legitime sancirentur.  
 ipsidemque Patribus deinceps addendi, moderan-  
 di, immutandi, ac demendi prout expedire  
 videretur in Domino, plenum ius ac  
 liberam potestatem reli-  
 quit.

*Societati in Hispania valde laboranti succurrere.*

Cap. XXI.

**P**ER idem tempus Societas fideliter  
 latiore successu inrumelentur, vel de  
 tium ignaviam que delibentur, vari  
 in Europæ regionibus diuino gratia  
 vehementer exercebatur, itaque partim  
 ab invidis & obtretractibus, partim  
 etiam ab ijs, qui temporibus ita periculis tam aliis  
 concionum frequentiam, tam assiduum Societatis  
 rum administrationem, & reliqua infirmis macta  
 ra, genusque doctrinæ suspectū haberent. Quæ in  
 ro in alijs provincijs alijs, sed in Hispania reuerentis  
 storum insectator existit Ioannes Siliceus Antilep  
 pus Toletanus. Is cum à ceteris Societatis mem  
 rijs valde abhorreret; tum Exercitiorum  
 quibus nostri eo tempore vel maxime in erendis  
 minibus utebantur, nomen ipsum pari non  
 pluri verò, in sua diocesi, piorum civium  
 Collegium Societatis I E S V repente exortum, qui  
 a academia illa pæne tota conflueret, ita æge  
 de nostris è sua ditione pellendis, toto animo  
 ctisque cogitaret. Sed cum in ipsos palam  
 cere vereretur, partim spectata vitæ innocen  
 etiam virosum principum gratia, & summi  
 est) Pontificis auctoritate subnixos; iracundia  
 mina in populares suos, familiares nostros, quæ  
 torquet. Ac primum, quod è suo clero compluribus  
 disciplina ac meditationibus imbutos esse rogantibus  
 edicto minaci, iuris in Ecclesia Toletana dicitur  
 te priuat sacerdotes eos, qui è nostra forma  
 libis exercitationibus operam dedissent. de  
 ti anathematis pœna proposita, verat in academia  
 pluteni omnino quemquam à nostris hominibus  
 cesiæ sacramenta suscipere. Quæ res, vixit  
 infamia, varios illico rumores hominum

pane tota commouit : cum alij nostrorum acta,  
 mores, instituta defenderent; alij contra, non sine gra-  
 ui aliqua certaue ratione tantum Antistitem ita  
 de Societate statuisse disputarent. Nostri, quamuis Dei  
 clementia, & conscientia testimonio freti, re tamen  
 tam atroci, tamque inopinata perculsi, angebantur ani-  
 mos neque tam ignominia sua, quam Ecclesie damno  
 permouebantur, quod ex tanta hominum alienatione,  
 tantisque calumnijs imminere necessario videbatur. Ita  
 que cum obsecrationibus & sacrificijs, & voluntaria cor-  
 porum castigatione caeleste numen de more propitias-  
 sent, per communes amicos Archiepiscopum docent,  
 nihil ab se vel contra Ecclesie re, vel contra ipsius Archie-  
 piscopi dignitate esse commissum, cur in rebus diuinis oc-  
 cupati, & nihil nisi Dei gloriam, & proximorum salutem  
 Apostolica auctoritate querentes, tantis iniurijs affi-  
 ci, praesertim indicta causa, debuerint. Si quid secus ab  
 inimicis ad eum delatum sit, se ad purganda crimina, at-  
 que ad omnem satisfactionem in Domino paratos esse:  
 tantum ab eo suppliciter petere, uti conceptam iram, ad causam  
 suamque cognitam, pro sua sapientia ac pietate suffi-  
 ceret. Cum ille nihil idcirco de acerbitate remitteret, sa-  
 tis apparet, nostri nominis odium altius in eius ani-  
 mo insidisse, quam ut euelli aut mitigari vlla ratione  
 possent. Ignatij voluntatem atque consilium per litteras  
 quam primum exquirunt. Ille, circumspicis rebus omni-  
 bus, Deumque per se suosque enixè precatus, ut ea res ad  
 eius gloriam, salutemque animarum, bene ac feliciter ce-  
 deret; sine vlla dubitatione, si Archiepiscopus in in-  
 tercepto persistat, iubet nostros ad consilium Regium  
 aduocare; litteras Apostolicas proferre: Societatis causam  
 cum Christi causa coniunctam aequè moderatè  
 fortiter agere. ipse interea ad Pontificem adit sup-  
 pliciter; Archiepiscopi factum exponit, summi tribuna-  
 li & auctoritatem implorat, sine vlla tamen gra-  
 uitate querimonia vel exaggeratione verborum. Ac no-  
 sti quoque in Hispania ex Ignatij praecipito rem ad con-  
 sulam deferunt: Pontificia diplomata, & iura Societa-  
 tis le-

tis legitima ostendunt: obsequium sibi adire et puer-  
 mos adiuuandos exoptant. Quae cum nulla ipsorum  
 culpa ab Archiepiscopo acta esse conuenit: cum danti-  
 exitum habuit res, ut de Regij consilij decreto, & sacri  
 tificis obiurgatione, Archiepiscopus edicta proce-  
 re, nostrisque omni molestia atque ignominia liberare  
 coactus sit. Quae res laetitiam bonis omnibus multo  
 maiorem, quo magis de nostra exillimatione et fama  
 solliciti fuerant. Atque haud ita multo post, Archiepiscopo  
 vita functo, nostri à Toletana ciuitate deique muni-  
 tati, & in ijs ipsis aedibus publicè collocati sunt. Ad  
 Archiepiscopus paulo ante clericis quibusdam adhibe-  
 uerat, ut ab ijs qui diuinam providentiam ex rerum  
 manarum euentis obseruant, non sine causa amarus  
 sum fuerit, omnes tanti Praesulis in Societatem ingressi  
 & conatus eò deniq; recidisse, ut cum maxime eos  
 opinionis errore deceptus, ex vniuersa Hispania pul-  
 cuperet, tunc ipsum in sua Toletana metropoli coram  
 illis exstrueret, ornareque. Eiusmodi fuit, quae Hispa-  
 niensis illius procellae transitus. Ac pari felicitate  
 quoque prouincijs coortae in nos tempellus, quae  
 nitate prudentiaque sedate sunt: ac Dei beneficij  
 fere Societas maiora in dies incrementa capere.

*De Iulij III. obitu; & de Marcelli II. a Ignatio  
 nostrisque beneuolentia.*

*Cap. XXII.*



**I**NTER haec Iulius ante Pontificatus  
 quinto demoritur: cui Marcellus  
 nis Politianus ingenti potentia  
 nium gaudio successus est. Quis  
 nim erat spei de publicis rebus  
 otum eius Pontificatus auspicio  
 sponderant. Ad hunc legationem  
 teri familiaritate cum adorandi & gratulandi  
 nisset, ardè amplexatus hominem Pontificem, & hunc  
 me exosculatus, multa cū eo inambulans de Italia

hanc propagatione, de qua restituenda Ecclesiastica disciplina serio contulit: atque ob id ipsum nonnullos ab eo petijt viros, quos haberet apud se consilij causa. Ceterum in primis dilexit Iacobum Lainem, & Martinum Olaium, quorum videlicet vtriusque virtutem ac sapientiam optime nouerat. nam de Francisco Xauerio, cuius fama, rebusque gestis valde permouebatur, iam antea exorauerat, vt illum omnino Romam ex India reuocaret: quod tanti viri videndi, tuendique in eius amplexum miro quodam desiderio tenebatur. quinetiam nostros quotquot ea tempestate Romae versabantur, ad se in palatium adduci iusserat: quod hasce copiosas recensere, & singulos coram quasi bonus Imperator milites vellet inspicere. denique multis de nostra Societate verbis vltro citroque habitis: Tu bellatores, inquit Pontifex, conuice; nos vicemur. Cum ab eo congressu, alijsque deinde colloquijs factus admodum discessisset Ignatius, & optima spe Societatem impleisset, breui ea letitia cunctis euauit. siquidem Marcellus altero & vicesimo die quam Pontifex declaratus fuerat, febre extinctus; ingenti omnium letitia Christianam rempublicam orbam ac debilitatam reliquit.

Ignatij obitus. Cap. XXIII.

**S**VCESSIT Marcello Paulus eo nomine quartus, qui cum propter nonnullas interpositas offensiones acerrimus nostri ordinis inimicus fore putaretur, hominum opinionem longe fellit. Nam & in Ignatium ipsum, cunctis admirantibus, perhonorificum sese cepit. & Societatem multis rebus decorauit, auxitque: & multorum hominum opera maximis in rebus Ecclesie plurimum usus est: & de fundando collegio seu academia, quam Vrbe Ignatius magno reipublice Christiane bono inuenerat, serio cogitauit. Hunc Pontificem inter & Philippum Catholicum Regem exorto graui & periculo bello, quod breui deinde compositum est: cuncta militari, compleri armaus Vrbs: tympanorum, ac tormen-



torum horrifico frefpitu omnia perfonae respiciunt  
 parum admodum loci effe. Quocirca Ignatius  
 temporum, & Societatis rebus utcumque  
 contemplandi ftudio fecellit in villam, cum non  
 gē ab aede sanctae Balbinae, ad Thermas Antonianae, in  
 vsum praecipue Romani Collegij, amicum huius  
 te nuper exftituerat. Ibi, vel teftorio noui operis  
 acceptus, vel virgēte iam fenio, lethalem in febre  
 dit, fic (vt cum eius intima vrentur praecordia, pulfus  
 in facie pallor, nulla in toto corpore figna acri-  
 rent, tantum in folia quadam laffitudo in motu  
 motu apparebat. Itaque domum reclusus, in lecto  
 catur. accerfiti confestim medici bono animo  
 nostros effe. At ille cum fibi vltimū die in  
 mirantibus ceteris, miffi qui a summo Pontifice  
 cedenti falutarem expiationem & indulgentiam  
 tholico preceatur. deinde cum ad multam  
 more vigilaffet, quinetiam nonnulla cum  
 in rem Collegij tranfeiffet, fopori fe dediffet  
 aderant, cubitum difceffere, nihil admodum  
 picantes. at ecce mane poft die duo e fratribus  
 ta quotidianē adminiftri cubiculū vifendi. Par  
 introeunt; ad lectulum fenfim accedunt, ac  
 um opinionem vitali fpiritu praene defectum  
 Accurritur illico ad focios. alij ad medicos  
 alij interea ad refocillandas vires (vt affolere  
 rigūt: quibus ille cum nihil iam opus effe  
 inter mortuis vocibus identidem appellans  
 efflauit animam hora poft folis ortū prima  
 pridie Kalen. Augufti, anno poft Chriftū  
 Qui verò ad Pontificem pridie fub vefperam  
 ftinatus, quodd nihil tale metueret, re in  
 cem dilata, cum quod volebat, fiam  
 libente Pontifice, & verbis amiceffimis  
 quente: grauitate deinde femet inculans,  
 occurrit. De fancti corpus tum in fpeciem  
 rapti cauffa diflectum, fummam viri abfolute  
 brietatem liquidò cōprobauit. fiquidem &

venereque profus inanis, & præ sicitate diuturna mire contractus apparuit: & iecur ea ipsa de causa ita obdura tum aridumque, vt pane lapidesceret. Sanè Realdus Columbus, egregius ea tempestate sector, qui aperiendo intravit, in hepatis vena, quæ Porta dicitur, lapides tres se se inuenisse testatur in suo de Anatomia libro. vt promaculo non leui habitum sit, vitalibus adeo affectis, ac propemodum exustis, hominem tamdiu viuere potuisse, præsertim hilari semper eodemque vultu exsequente Præpositi Generalis officia & munera. Mortuus est autem anno ætatis quinto & sexagesimo, suæ conuersionis ferè trigésimo quinto, confirmatæ verò Societatis sexodecimo. quam ille tam exiguo temporis intervallo tam longè lateque propagatam reliquit; vt iam tum ab ipso constituta numerarentur prouinciæ duodecim, & in ijs varia nostrorum domicilia fere centum. Vultus eius morte, ingens confestim hominum concitatus visendi causa domum est factus, atque hi manus, pedes certatim exosculari: alia rosaria quæ vocantur, applicare corpori, multi etiam pilei, vestiumve, quibus ut consueuerat, frustulum aliquot enixe rogare: quibus tamen modestiæ gratia nihil à nostris est datum. Corpus in eodem cubiculo vbi exspirauerat, biduo ferè seruatum, sabbato sub vesperam inclusum arcæ, post exequias mira populi frequentia celebratas, in templo nostro ad dextrum latus arcæ maximæ humanum est. ac tum præsentem opem ex Ignatij patrocínio nostri suscipere. Non enim, vt multi putarant, orba tali parente Societas incertori se dedit, aut concidit: quinimo sterere animis Patres; perque omnes ordines insolita quædam suavitas spiritus, & mentium vigor ad subeundos CHRISTI causâ labores, & capta strenuè promouenda peruasit.

*Libri secundi finis.*

# IGNATI VITÆ LIBER

## TERTIVS



**H**ACTENVS Ignatij non vno  
su proposito, nunc præcipio præcari  
de ipsius factis, dictis ac actibus, &  
quidem quo magis in propria  
per species exsequemur. Non enim  
de studio præcandi meditatione  
laude in primis Ignatius floruit.

*De orandi assiduitate, & studio pietatis*

### Caput I.

**I**Nitio conuersionis, ut ante  
præcandi contemplandis  
nam sibi vim intulit, partem  
caducarum, quibus allucina  
da recordatione; partem  
pulum molestijs abigen  
dente deinde tempore, cum  
dies à coragione corporis, Deo adiutore se  
tantam eius generis facultatem adeptus est, ut  
ut è cæli, siderumque aspectu, quò maxime  
sed etiam ut ex intuitu floris, aut herbarum  
cuiuslibet rei, confestim in Dei cogitationem

que suavissimè raperetur. Idque nostris hominibus cu-  
prebat esse familiarissimum, ut in singulis creatis rebus,  
quoad eius fieri posset, creatoris potentiam, sapièntiam,  
bonitatem agnoscerent. Eisdem monebat, ut eòtra quo-  
tidianas dæmonum insidias, ne circumuenti repente in-  
fraudem inducerentur; vel instructo, quod aiunt, agmi-  
ne semper incederent, vel certè dissipatis in varias curas  
& negotia viribus animi tamquam receptui canerent  
suis horis diei; & in semet ipsi descenderent, suaque  
omnia dicta, facta, cogitata, coram Deo quam diligen-  
tissimè reputarent, adhibito etiam monitore, si opus es-  
set, vel memoriæ, vel etiam notitiæ causâ: denique om-  
nia probè contemplati, contra id vitium maximè pug-  
nam capefferent, quo vitio se præcipuè vigeri & labo-  
rare sentirent; nec ante desisterent; quam Deo duce  
debellatum esset. Sanè ipse, quamquam se habebat  
semper in potestate; & ex diui Bernardi præcepto,  
non se rebus tradere, sed commodare consueverat: ta-  
men, qua erat diligentia, in singulas horas vitro in-  
quirebat in se: idque, propter diurnam exercitatio-  
nem, nullo negotio; magisque ac magis in spiritu pro-  
ficere nitebatur, diem cum die, ut supra diximus, heb-  
domadam cum hebdomada conferens: qui cursus ad-  
tandorem animi ac perfectionem certissimus est. ne-  
que id solum, sed etiam statis quotidie temporibus, ex-  
cepto ex summis occupationibus otio, contemplatio-  
ni vacabat: quam ad rem aliquoties à domesticis clama-  
miferuatus est hoc maximè modo se comparans. Vt enim  
superiorem ascenderat adium partem vnde liber  
esset prospectus ad sidera: stabat aliquantisper oculis in  
caelum defixis: tum prouoluit in genua, totius huiusce  
multitudinis conditorem suppliciter adorabat, deinde  
propter imbecillitatem, humili scabello simul at-  
que confedisset, continuo ex oculis yberes lacryma-  
rum riuli profluebant; idque nullo profus vel singul-  
to vel strepitu. Atque in hunc fere modum, a que a-  
nimo & corpore immotus, excipiebar diuini luminis  
radios; ac patri cælesti mira quadam spiritus dulcedine  
iunge-



le existimari potest, qualem ille se in horaria precatione psalmisque, & in sacrificio Missæ præstitit. Sanè, cum initio sacerdotij, in medio Lateranensi templo, Christi natalitia celebraret ad Aram sacris Apostolorum Petri, Pauli, & Andreæ reliquijs inclytam, tanta est repente spiritus dulcedine delibutus, vt inter diuinam rem peragendam lacrymas tenere nulla vniquam ratione poterit. Quo tam insolito spectaculo commotus è circumfusa multitudine quidam, ac rem longè secus interpretatus, Francisco deinde Strætæ Ignatiij administrato in aurem insufurrans; Facinorosum nempe vitum, inquit, sacerdotem istum tuum, & omnibus flagitijs cooperatum, qui conscientia stimulis agitur, crimina sua toto pæne sacro desueuerit. Visionum præterea existat libellus, ac luminum, quæ illi ferè sacrificanti obuenere, quo maximè tempore Societatem ordinabat: quas visiones ipsemet pietatis & memoriae causa in ephemeredem retulit. Eum libellum qui attentius legat, clarè percipiat, qua præparatione, quo spiritu ad Sacramentum altaris accedere consueuerit. Septem etiam Urbis templa, & religione & Põtificum indulgentijs celeberrima, certis anni temporibus diligenter & castè visebat pedes, & quidem per hyemè lacernatus, haud sine mantello: nec vlla corporis lassitudine, aut cæteros exemplo suo destitui, aut se tantorum bonorum communione fraudari patiebatur. Piacularia verò grana quæ duntur, & carcas agni cælestis effigies, pictasque Sanctorum icunculas, & alia id genus quæ ab impijs irridenda studiose tuebatur, & caras habebat, vt in eius scelerato post mortem nihil fere aliud apparuerit. Pro Ecclesia catholica, ac nominatim pro Christianis Regibus ac principibus, quotidie ardentè orabat: pro summo verò Pontifice numquam sine vberimis lacrymis, & quoniam denuo lacrymarum incidit mentio; non ostendenda videretur hoc loco res memoratu digna. In cæteris ornamentis ac beneficijs, donum etiam lacrymarum Ignatijs à Christo Domino acceperat, sic, vt in suas preces illicò stertus erumperet. qua consuetudine

cò de-

eo denique adductus est, uti propter amorem ho-  
 moris paulatim exesa luminis vigiliam sollicitam pe-  
 ne amiserit. hac ille iactura, quod ad ipsam vitam re-  
 tinebat, non sanè mouebatur: quinimmo mirabile  
 se in obsequio Christi oculos perdere. Sed quomodo  
 fieri sine magno communis rei detrimento non po-  
 rat; suorum praesertim accedente impulsu, praeter Do-  
 num institit, ut sibi liceret interdum à hactenus tem-  
 rare, nec frustra: si quidem ex eo tempore interitum in la-  
 crymas ius & arbitrium obtinuit, ut eorum quae bibo-  
 nas, prout vellet, adduceret idem atque remitteret. Quo-  
 res cuiquam fortasse veritatis fidem excedere videretur  
 sed nobis utique in tam recenti memoria memorabile  
 la non est.

*Quod eius fuerit de perfectione iudicium.*

Cap. II.



C licet precationi usque adeo obsequio  
 set, tamen eo studio, se vel à publicis ad-  
 ministranda, vel à caritatis curis occupare  
 virtutum officijs minimè perhibere  
 ci, & quamquam certum vniuersi  
 temporis quotidie necessarium esse dicebat, ad ser-  
 ligendum, viresque diuinitus impetrandas, non  
 non ita laudabat, qui dulcedine solitudinis, & delecta-  
 familiaritatis illecti, in arenam descendere, & in pro-  
 mùm vitia euellere, deinde etiam proximos ad  
 negligenter, quinimmo, pluribus doctus experientia  
 aiebat, qui minus in eo genere sibi temperat, non pro-  
 rosque (nisi periti cuiuspiam ductum sequantur) pro-  
 cipuo Dei fuleantur auxilio) partim demerunt, & in  
 onibus obnoxios esse, partim etiam contumaces & in-  
 placentes, & in sua sententia mirè obdistant, & in  
 ces euadere: qua peste nulla propemodum obstat  
 num cæcibus capitalior, itaque suorum ille praesertim  
 non tam ex cōtinuata precatione, vel diuinitus  
 quam è solidæ virtutis officijs, ac praesertim ex illis

dine atque animi æquitate spectabat. Cùm è familiari-  
bus nescio quis, fratrem præstanti religioni collaudans,  
ad Ignarium cum admiratione dixisset: En hominẽ iugi-  
ter præcationi vacantem: immò verò, mutata voce, en,  
inquit Ignarius, hominem sibi met acriter imperantem.  
Alium quempiam, quòd stomachosior esset natura, &  
subinde in amara verba prorumperet, sese fratrum con-  
suetudini alieno tempore subrahentem, Ignarius blan-  
de compellans: Quin te, inquit, statuis horis in fratrum  
consuetudinem das: cum ille iracundiam naturæ, bilem-  
que prænderet; Næ tu vehementer erras, ait Ignarius:  
etiam hæc & huiusmodi vitia, non fugiendo, sed resi-  
stendo vincuntur. Denique licet præcationis laude  
præcelleret ipse, vt dictum est, semper tamen spiritum,  
quem vocant mortificationis, spiritui speculationis,  
anteulit. nam vt in eloquentiæ studio, cum & ars, & v-  
sus ipse sit necessarius, longe plus tamen à sapientibus  
vitiis vsui quàm præceptioni tribuitur: sic in paradisi vit-  
tutibus cum & commentatio, & actio requirantur: mul-  
to plus tamen agendo & pugnando, quàm speculando  
vel cogitando proficitur.

*De caritate ipsius in Deum.*

*Cap. III.*

**C**ARITATE in Deũ fuit, quãta par est  
cum esse, qui ipsius Dei gratia rebus  
humanis nuntium sponte remisit.  
neque solum eatenus Dominum ama-  
bat, vt præ illo reliqua omnia nihil du-  
ceret, quæ virtutis huiusce præcipua est  
verum inerat in amore voluptas mira: prorsus vt  
quislibet pressus curis, ac molestiis fatigatus, in vnus  
recordatione, & quasi amplexu per summã delecta-  
tionem acquiesceret. CHRISTVM verò Dominum  
liberatore videndi sicuti est, tanta flagrabat cu-  
ritate, vt eam ipsam ob rem solui corporis via-  
culis



culis vehementius in dies optaret. Itaque quod  
 uiorem incidisset in morbum; concepta  
 abstraheretur illico à sensibus, non sine  
 nis detrimento; quocirca mentem à  
 interim auocare etiam atque etiam habere  
 dicis. & quoniam acerbissima Christi  
 te humani generis obita Ignatio semper  
 vicissim ille pro Christo per summos  
 cupiebat emori millies. Quoties vero  
 conuitia & ludibria reputaret apud  
 trocitate permouebatur ut multi, sed  
 tur generoso quodam imitandi studio  
 sum quasi tanti sceleris auctorem acerrime  
 ac nisi cum cohibuisset existimationis  
 lutem aliorum, simulata dementia, ad  
 citandam, nudus onustusque cornibus,  
 poris habitu prodire non dubitasset in  
 cessantes cœno vel stercore pueros, voce  
 & sputa, & omnes alias infanz multitudine  
 lias libentissime pertulisset. Sed quoniam  
 la se dabat occasio; certe quod erat pro  
 ciebat, ut immortalia Domini beneficia  
 coleret sempiterna; & in eiusdem vel  
 tate, vel gloria quærenda, suas omnes  
 nesque consumeret. cuius rei vel hoc  
 mento sit. Inter ipsam negotiorum  
 reticulas tanto studio conabatur ab  
 re, ut si qua ex ijs resipisceret, seque  
 ta recipere vellet; grandis iam nauis  
 neralis, antecedere ipsemet, ac per  
 do munere fungi, Christi causa non  
 cum admoneretur à quibusdam, frustra  
 rem insumi, quippe insanibiles esse  
 ac licet in presentia pœnitentiam ostend  
 men ad ingenium redituras: Ego vero  
 liber istarum, vnus dumtaxat noctis  
 tia & iniurias in Deum, omnis operæ  
 tium duxerim.

**H**oc tam incenso in Deum amore, e-  
 gregia nimirum illa caritas in homi-  
 nes redundabat. quos quoniã pretioso  
 eiusdem sanguine redemptos, ac proin-  
 de carissimos illi sciebat esse, quidquid  
 in Deum non poterat nullius egentem  
 rei, omne id, ipsius gratia in proximos  
 conferebat. Vt primum è peccatorum cœno emerfit, cõ-  
 festim ad cæteros ex eodẽ cœno extrahendos incubuit.  
 atque ob id ipsum (vti supra dictum est) ingenti labore  
 & incommodo litteris operam dedit; & in Societate in-  
 stituenda nihil spectauit aliud, nisi vt errantes animos  
 ad rectum salutis iter omni ratione reduceret. Barcino  
 ne, cum in grammaticæ studio versaretur, eodemq; tem-  
 pore, animorum quoque salutem acerrimè procuraret;  
 vniuersum quoddam collegium, cuius nomen consultò  
 arisco, soluta admodum disciplina corruptisque mori-  
 bus, ad veterem sanctimoniam ac sobrietatem omni stu-  
 dio reuocare nitentibus; suadebatque illis præcipue fre-  
 quentem vsum sacræ Confessionis & Eucharistiæ. Quã-  
 ad rem, temporibus illis insolitam, quò facilius eas addu-  
 ceret, præire ipsemet illis palam decreuit, adhibito ad id  
 Puialto sacerdote; quo ipse ad confessiones utebatur, spe-  
 rata virtutis ac sanctitatis viro. Igitur ex eius manu cor-  
 pus Domini cum subinde sumpsisset, sceminis ex odæo  
 spectantibus; tam præclaro exemplo & assiduis hortatio-  
 nibus incitata; pleræque ad salutarem pœnitentiam offi-  
 ciumque traductæ sunt quod nefarij quidam amatores  
 non sensere, aditumque sibi ad optata flagitia magis in-  
 tus obseptum videre; in extremam efferati rabiem, Igna-  
 tium & Puialtum ex insidijs adoriri constituunt; ac die  
 quadam è templo redeuntem vtrumque sustibus ita ma-  
 ceperunt, vt Puialtus paulo post è vulnerũ dolore sit  
 mortuus: Ignatius verò dies aliquot in lecto iacuerit.  
 ad vix dum receptis viribus, nec alterius nece, nec suo  
 dd  
 malo

malo perterritus, ad instituta carnis officia redire  
 cer. cumque eum vulgo monerent, ac per Deum obedi-  
 rentur amici, ne denuo in capitis discessu eam. Quid  
 Quid mihi optatius, inquit ille, quam pro Christo Do-  
 mino, meisque proximis emori? Parisiis amicum  
 pi cuiusdam sceminae consuetudine fracta impetu-  
 care conatus, cuius ille flagitij causa viciniam adve-  
 tebat, non longè ab urbe positum, denique egressus bo-  
 minis & itinera dissimulanter explorans, domum  
 consilium tale commentus est. Stagnans enim per  
 viam qua transeundum erat illi de nocte in mensa  
 uertens Ignatius, tempestate perfrigidata hinc natus  
 collo tenus immergit: ibique salutes amicos  
 insidias. nam ut appropinquantem asperat, deum  
 carius ut ea res utriusque feliciter eueniret, deum  
 te in aduersum intonuit voce: Quo, ego mihimet  
 properas? non intelligis in quato versere pericula? ne  
 ne intentum in te diuina iustitia gladium? Depo-  
 porro, perge nefariam istam explere libidinem. Ego  
 hic tandiu tua causa macerabo, quoad uictus  
 meo malo auertam abs te. At ille subita voce  
 atque ad Ignatij aspectum veluti deprehensus  
 admiratusque caritatem viri, nec dubio amorem  
 pro, retulit pedem, & in posterum Deo amantem  
 ab illa pestifera familiaritate continuit. Ignatius  
 Ignatij alumnus, praestanti vir ingenio, ingenio  
 tute processus effecerat, ac deinde (quae lucerna  
 litas est) labore victus, daemone sollicitante, con-  
 ciebat fugam. quod ubi sensit Ignatius, variis  
 retinendum hortationibus monuit (que uocantur ab-  
 bitis, eo denique descendit, ut pro discipulo  
 tum triduum omni cibo potuque abstinere, post  
 cum lacrymis ad superos tunderet, qua peccata  
 temedio, languenti animo applicito, reliquias  
 que errorem gemebundus agnouit ac decessit  
 pro genere vitæ cum laude perfrigit. Parisiis  
 etum est, deposita pecunia fraudatus a communi  
 ut ad sese alendum stipem emendicare deinde

magno studiorum detrimento; non modò iratus ami-  
 co non est, verum etiam insigni beneficio rependit in-  
 iuriam. Cum enim fraudator ille postea Hispaniam re-  
 petens, graui morbo ex itinere implicitus, Rhotomagi  
 substitisset (quæ vrbis tridui ferme iter distat Lutetia) in-  
 grauescente valetudine paulatim ad omnium rerù ino-  
 piam est redactus, cumque vt ignotus in alieno solo,  
 spem nullâ subsidij cerneret, licet præterita meminisset,  
 ac præclarè sibi esset conscius, quàm malè de Ignatio me-  
 ritus fuisset; tamen tantam opinionem de eximia viri  
 bonitate conceperat, vt non dubitauerit illum de suo ca-  
 pi per litteras facere certiorè: & aliquid opis ab eo sup-  
 pliciter petere. Tum Ignatius, quasi hæreditas aliqua sibi  
 obuenisset, sic alacer nulla interposita mora se in viam  
 dedit; Deum pro amici salute etiam atq; etiam obsecrans;  
 equinectiam (quod longè mirabilius est ad propitiandum  
 illa uumen, iter illud totum pedibus nullo prorsus cibo  
 potuque, ingenti celeritate confecit. Vrbem ingressus,  
 conquisitum hominem amicissimè inuisit, affectum se-  
 riuimemq; sedulo ministerio recreauit atque vbi mor-  
 bo leuatus est, litteras ei commendatitias ad amicos in  
 Hispaniam dedit; & mendicatio ab se viatico instructû  
 manuum imposuit, cum ille simul pudore gaudioque  
 coculatus, dexteram Ignatij tenens, Deum superosque o-  
 mnes inuocaret ad gratiam illi pro se referendam, satis  
 mirari non posset, senescente iam mundo, tantum  
 meritis exemplum in terris existere. Per idem studio-  
 rum tempus, tametsi multum de spiritali functione re-  
 ceperat, numquam tamen potuit se continere quomi-  
 nus creptum ex literarijs occupationibus quotidie tē-  
 re aliquod in proximorum salute consumeret. itaque  
 nondiscipulos ad virtutem ac pietatem ex occasione  
 mutabat: & ex collatiua pecunia multorum suble-  
 uabat inopiam, & ægrotos visendo recreandoque  
 humanissimè solabatur. In ijs cum ad quemdam ad-  
 uentum, graui & contagioso vlcere laborantem; & mi-  
 serandi causa, vt sit, decumbentem subinde attrecta-  
 tum discessu metus Ignatium subiit, ne ex co contactu

dd 2

dextis.

dextera pestilentiam contraxisset: quae siquidem in  
 licitaret hominem vehementius, unquam de hoc  
 caritatis officio in posterum auocaret: de qua  
 de confestim in semetipsum exarsit: demum  
 dentidem inferens, increpuit vltro: Quod  
 tam anxius es, quid vniuerso corpus  
 hac fortitudine & praesentem deperit  
 ad eadem porro exsequenda pietatis opera  
 tum atque hilarem praestitit. Atque hanc  
 uandi consuetudinem non modo priuatis  
 terrarum fuit, verum etiam Societati  
 gentillimè tenuit. Nam è nostris vi  
 bum inciderat, cuiuslibet esset ordinis,  
 xi medicum imperabat, ac nihil profect  
 quae is praescripisset, oppigneratis etiam  
 si opus esset, lancibus, stragulisque, &  
 li. Sanè, cum ex laicis adiutoribus quidam  
 etaretur febris: ad eumque refocillandum  
 bo opus esset, quidquid nūm ulorum de  
 os tres eam vnam in rem insumi iussit: ac  
 hisper obsonatori, nihilque praeterca pecc  
 alendos superesse dicenti: Atqui nos quom  
 valemus: arido pane contenti esse pot  
 languenti coemptum obsonium est. Ipsi  
 bentes inuisebat subinde ipsemet, co  
 quemque verbis planè diuinis atque ca  
 operam, vt omni deposita sollicitudo,  
 se cura se suamque salutè, sine vlla dub  
 Homines vel de se ipso priuatim, vel de  
 niter bene meritos diligentissimè colu  
 neq; viuos neq; mortuos grati ac me  
 praetermisit. quippe non modo pro  
 minum per se suosque precabatur a  
 viuerent, saepe domum veniebat sal  
 demque adentes ad se quanquam alle  
 cipiebat in primis hilariter: de que  
 ac rebus praesertim Indicis, quarū  
 bet delectationè, pergebat amicissimè

aque etiam, cum opus esset, quibus rebus poterat, benigne adiuuabat. Hieronymo quidem Arzio, Hispano doctori (quicum erater magna necessitudo) non modo gaudenter aegrotanti frequens adfuit ipse, sed etiam fidebus famulis destituto, probos & industrios e Societate viros ministrandi gratia submisit. Andreas Lipomanus namque Venerus, quem Trinitatis Priorē appellabant, re non pietate minus, quam genere nobilis, Collegio nobiliorum hominū coostituendo Patavij, opimum sacerdotium eiusdem urbis addixerat, dimidia tantum parte vestigalium, sibi quoad viueret reseruata. At vero Ignatius, ne se vinci pateretur officio; parentibus interis eum vltro perpetuum sacerdotij administratorem declarauit; neque e vestigalibus attigit quidquam, nisi quod ab ipso Priore quotannis ad paucos e nostris alendos per elemosynam preberetur. quinetiam eius fratris filio pensionem decreuit annuam aureorum ad quadringentos: quam tamen bonus ille Prior nequaquam admisit. ac ceteros item, quorum beneficijs prouocatus esset, eximio quodam studio & obseruantia prosecutus est.

*Mansuetudo eiusdem, & comitas.*

*Cap. V.*

**I**n omni fastu & moribus imperiosis vehementer abhorruit. vestigium in eorum contumaciae cerneret nullum. & quod difficillimum est, lenitatem ita cum grauitate miscebat, vt neque facilitas de auctoritate, neque seueritas quidquam de suauitate detraheret. Patris per iocundum inuitatus a nobili quodam, vellet ne tridiculis ludere (quibus in oblonga mensa per augustum fornicem, circa pila traiecit) Ego vero ludam, inquit Ignatius. Quamquam qua sponcione, subiecit ille, qui pecunia careas? Ignatius: Hac sponcione, respondit, vt certo vti-dierum numero tibi deseruiam: verum tamen, arbitrio tuo, si vicris tu; meo, si superior ipse discessero.

dd 3

Cum

Cum ea conditio placuisset. Age sane in certamine  
 cenditur. cumque nihil minus callem ignatum  
 tus factum est, ut in singulos omnino interitus  
 uaderet: subinde exclamante aduersario, qui  
 qui Ignatium prouocasset: seq; diuini interitus  
 fus agnoscere. Peracto deinde certamine, quoniam  
 ab inanibus curis & occupationibus, in quibus  
 abductum, è sponcione, spiritualibus exercitiis  
 diligenter excoluit: torpentemque feraciter  
 mum ipsius, ad salutarem Dei metum, ac  
 cogitationem excitauit. Venetis Patrum  
 cum iter haberet, domestica, eaque admodum  
 cerna ob inopiam indutus, Iacobo Laine, cuius  
 rius quidam puer, qui à via non longè  
 pascibat, conspectis eminus peregrinum, ad  
 pente propius aduolat: habitusque feraciter  
 permotus, defixis proaciter in Ignatium  
 nos tollere, eidemque licentius caput  
 Ignatius vultu placido substititit: et  
 um comes: Quin, ait, acceleras gradum  
 istius pueri petulantie subtrahis? Immo  
 cur puerum oblata sibi præter spem hæc  
 ne fraudem? Itaque consuito etiam diuini  
 dem vestigijs: ac se curiosus intuentum  
 affatim proteruo adolescentulo præbuit  
 ex hoc qualicumque sui contemptu ac  
 voluptatis, quam alij ex vulgi plausu  
 tione percipiunt. Atque hunc mansuetum  
 diligenter in omni vita seruauit: ac factis  
 sis triginta, quibus Christum sequutus est  
 pro suis ab eo fuisse non modo contumeliose  
 sed ne appellatum quidem acerbis. Si quis  
 roganti erat propior quam subenti. Aliqua  
 ius causa, nihil erat necesse tempus oppo  
 molles captare aditus: qualibet aditibus  
 res melius haberet, siue detertius, prospere  
 ueris in rebus, & accipiebat benignè  
 finem vsque sine interpellatione audire

quamuis infimæ sortis hominem stare coram se, nedū apertō capite pariebatur esse, nec modò ex destinato congressu, verum etiam ex occurſu fortuito, fratres ita lenis intuebatur oculis, vt vel ex hoc, infam animo in omnes beniuolentiam satis ostenderet. Amicos præterea, tum domesticos, tum externos interdum ad prandium aut cœnam, siue, vt appellabat ipse, ad panitentiam inuitabat; nec repudiabat si quis vitro se offerret: quin etiam interuenientes cœnæ, vel in ipso iam exitu, nihilominus iubebat accubere, & frustula panis ipse carpendo, & simulanda appetentia, conuiuium consultò curabebat, quoad nouissimus quisque sine rubore aut sollicitudine, per otium absolueret. Si quis ab eo quidpiam, sibi alijſue peteret; vel dabat hilare, verbis etiam, quod aiunt, munus exornans; vel si abnueret, causas afferebat eiusmodi; vt ille sese contemptum nullo modo excusare posset. ac tanta ipsius erat in eo genere vel efficitas, vel suauitas, vt qui ad eum legati à quopiam uenerant, eum id quod volebant, minime impetrassent, legnarij rationibus interdum ita victi pacatique discederent, vt vitro ipsi mutata ratione, apud eos à quibus miserant, ipsius causam pertinacissimè tuerentur.

*Gravitas eiusdem, & in custodia disciplina seueritas.*

Cap. VI.



**B** hac porro comitate, quemadmodū austeritas, sic etiam leuitas omnis aberat & inaptæ. Ita enim compositus fuit moribus, vt neque manum, neque oculum membrum, ne aliquod sine causa & ratione mouerets. In statu, in cessu, accubatione, sessione, decorum tenebat. Iam in loquendo fuit ad eò consideratus & parcus, vt nullum planè verbum nisi consultò ac meditatò proferret. neque figuris vel amplificationibus utebatur, sed rei gestæ seriem, & rationum momenta sine superponebat. qua simplicitate plus valebat in persuadendo, quàm alij calamistris & lenocinijs. De se ipso, deq; suis rebus, nisi necessitas cogeret, vel Dei gloria postu-

dd 4



postularet, nihil dicebat unquam. ab aliorum verbis factis dictisque exquirendis, nisi ad suam curam spectaret, omnino abstinebat. Consueverat etiam eos reprehendere, qui de soluta Ecclesiae disciplina, deinde contra Principum moribus temere disputarent: quam rem neminem se fugasse dicebat consideratione eminenti verborum, & eorum quae tali tempore a se metipso proprie cogenda forent. quae si pro se quisque reputaret, haud ita facile homines in aliorum vitam inquisituros. Desiderant inerat in eius sermone prouisio, tarditasque longo usque partita, ut cum biliosus ac praeseruidus esset a modis. Atque huiusmodi mores, cum admirabili vitae sanctitate coniuncti, incredibile est, quantum illi conciliarent venerandos, ut quisque intus erat Ignatio, ita suspiriosum maxime. Ludovicum quidem Confessorem, qui in domo Romanae minister aliquandiu vixit, magno honorum usu, magna prudentia virum, accepimus; antequam cum Ignatio eorum regimine, praesertim se viique de illo existimare solent, quae tali Societati praesertim, ac verò, postquam ipsa immutata esset, Societate magnificere cepisset, quam de tali praeside ac moderatore donasset. Iacobus vero Lanes, qui proximus ab illo Societatis gubernatu transiit, ceterique Patres, quamvis humanissime cum illis agerent, tamen eximiam viri virtutem inuenerunt, ut bene moratos vel parenti liberos, vel magistro discipulos, ad stare diceret. Quod si quando quidam per raro fiebat) rei necessitate coactus, vixit in seueriore, & aliquem increparet asperius, ut in pondusque verborum, ut contra ne hiscere quidam diceret quisquam, idque praesertim in causa viri magistri insignis apparuit, qui cum turbulenter esset, quam diutius ferri oporteret, cumque eius animam blandis monitis praecipis nequicquam blanda- tasset, ad extremum oratione conuersa, diuina illius iustitiam, ac ecclesiae irae minas in reuerentiam dorem spiritus praesertim tulit, ipsi ut pariter

dubio motu nutare & concuti viderentur. quo terrore percussis qui aderant, illico procumbentes, Dei pacē precibus ac votis exposcere, ipse verò qui accusabatur, exanimis ad pedes Ignatii sese cōfestim abiecit, ac supplex cōfusa voce, culpæ veniā petijt, seq; posthac in officio fore pollicitus est. Continebat autē in disciplina cū ceteros omnes, tum eos maximē qui vel insigni eruditione, vel generis nobilitate prestant: quippe quorū dicta factave ad exemplum in omnes partes valeant plurimum. Otiū verò, vt omnium vitiorum fomitem ac seminarium, in primis oderat: itaque duos tresve rei familiaris adiutores, cū ad ianuam alieno tempore confabulantes; è superiore loco aspexisset, illico iussit aceruum lapidum in proximo sitam, in summam ædium contignationem sine cunctatione transferre. eisdē tertio post mense cū ibidem iterum otiantes animaduertisset, illam ipsam lapidum congeriem, vt in eundem locum referrent vnde asportauerant, imperauit: amicē insuper admonens, nihil in Dei famulatu periculosius esse desidia. Cū quendam in tradito sibi munere valde remissum atque oscitantem inuenisset; quæsiuit ex eo, cuiam in tali ministerio daret operā, Deo ne, an hominibus? cū ille se Deo que deseruire dixisset: Plectēris igitur, inquit Ignatius; nam in rebus humanis minus accuratē versanti, iure forsā ignouerit quispiam; at immortalī Deo ministrari negligenter, id verò nullo pacto ferendum est. Spectaculis publicis, quamuis alioqui licitis, vel etiam sacris, adesse nostros non ita facillē permittebat. quòd si qui, facta potestate, se ad ea conferrent; eos etiam atque etiam iubebat, sine vllō arrogantix seu leuitatis indicio modestiam ac submissionem tenere; cedere omnibus; & infimū semper locum (nisi aliter à circumstantibus cogentur) eligere. Cū è Romano ab se nuper instituto Collegio, adolescentes quosdam solutius in publico ambulantes vidisset, castigandos curauit palam, hortandosque graui oratione, vt quē haberent insitum animis pudorem ac verecundiam, eum externo item corporis habitu prefererent. & quoniam Apostolo teste spectaculum facti essent

sent omnibus, cauerent etiam atque etiam seque-  
 rane a locutione, curioso oculorum oblatione, ob-  
 dito gestu motuue corporis, quemquā offensus pro-  
 fertim cum eo de genere toto, multa cum periculo  
 etymisque conscripta pulcherrima ipse pariter pariter  
 ante edidisset Nihil noui moris in Societatem induci  
 intencio est passus: principijque vigilanter & ar-  
 stitit: quippe qui exempli vim nosset, & rerum immen-  
 ta fallentia. Quosdam, qui ad vineam varilla salu-  
 pila, laicum etiam saponem manus lauare, ad  
 punē abire permisit. sediciosos vero, & aliter ad  
 tractatores, & rerum nouarum cupidos, non da-  
 sed omnia expertus, quæ ad reuocandam  
 lem, & priore loco positā facere videretur, non  
 fieret, ad extremum è Societate pellebat. non  
 tempora carcerem compedesve in Societate  
 duci permisit, negans, qui vinculis contritus  
 eosdem esse ad nostrum institutum idoneos  
 stodia loco ianuam ostentare consueuerat. non  
 aliquando, ut iusta de causa complures ad  
 auctoratos vnā dimiserit. atque huiusmodi  
 silentio prætereundum non est) è Societate  
 nes, exitialem exitum sortiti sunt, satique  
 inter symphoniam lasciuæ saltantes repererunt  
 alios contracta rixa interfectos, alios denique  
 rabilis lethi genere periisse. In puniendo  
 batur in primis, ut noxæ responderet animæ  
 suo quisque vitio plecteretur: superuacua  
 tio, ignauiam labore; honoris cupiditate  
 ret. ac feruē animaduersionū Ignatij gen-  
 culū humi describere, ex quo noxæ ne  
 rent: colloquijs certorū hominum nomi-  
 re; verberationes ad præfinitum temporis  
 gere: & alia eiusmodi. Noxas autē leuiore  
 intelligo: cuiusmodi in homines etiam  
 ctionis cadunt: nam grauiore Ignatius  
 fet. Solebat etiam fontibus, ad humile  
 nio accumbentibus, obiurgatorem inducere

rumque conditionis hominem, sed ingeniosum & acré; qui cunctis audientibus, vitia reorum increparet, exprobraretque religionis annos, & negligentiam: idemque ceteros carptim nec opinantes repente perstringere; nimirum edomandæ superbix causa, mentisque è pigritia veterno excitandæ. Sed qui deliquerant, priusquam ex consuetudine punirentur, quam lenissimè operam dabat, vt suam ipsi culpam agnoscerent; atque vltro sibi met multam irrogarent: quæ tamen si grauior videretur, confessione contentus; ita moderabatur, vt multum sape de acerbitate minueret.

*Eiusdem animi submissio, & quidnam de virtute Obedientia senserit. Cap. VII.*



**N**E G A B A T, suo quidem iudicio, quemquam probè intelligere quam vehementer in se quisque diuinæ bonitatis operationem impediatur: quantave illius beneficia & dona per socordiam ignauiamque corrumpat. quocrimine sese accusabat in primis. atque de suis demissè & humiliter sentiebat, vt se mortuum omnium infimum, & opis diuinæ maximè egentem putaret: sibi que ceteros omnes ad virtutem pietatemque & exemplo & incitamento fateretur esse. Priuatè verò vitæ quanto desiderio teneretur, & initio declinuit in recusando magistratus; & deinde, cum vt redigeretur in ordinem, aliusque sibi succederet, omni ope conuenit. quòd tamen si consequutus non est, tamen obedientiæ studium quibuscumque rebus potuit, semper ostendit. Romano quidem Pontifici, cuius in verba præcipuo sacramento iurauerat, ita erat præsto, vt ad ipsius baculi adminiculo, pedibus quocumque opus esset, peregrinè proficisci, vel etiam nauigium ascendere planè exarmatù, seque eodem Pontifice iubente, mari ventisque sine ulla dubitatione committere. Quem ipsius animum vir  
qui-

quidam primarius cum haud satis probare, haec  
 di re consilium prudentiamque requirere  
 quidem, non obedientis, verum imperantis  
 dicit Ignatius. Et sane cum in Societate  
 hanc ceteris omnibus anteferet; tum  
 tam contrarium dicebat esse, quam in  
 & consilio examinando moram, vel potius  
 negabatque obedientis nomine dignum  
 re, qui legitimo superiori non cum volente  
 quoque submitteret. Id enim demum esse  
 mum holocaustum, cum omnes animi  
 tim intelligentia & mens, qua summum  
 tinent locum, in obsequium Christi coguntur  
 inuiti ac dissentientes, actu exteriore  
 positorum exsequerentur; hos inter vilissimas  
 pia, vel pecudes potius numerandos aiebat.  
 epistola ad socios Lusitanos in hanc sententiam  
 (qua nihil ego quidem in eo genere videt  
 qui accurate perlegerit, facile intelligit, quia  
 tus tantum huic vni mentis & rationis obsequium  
 du putarit. Quinetiam in sermone quotidiana  
 usurpare consueverat; qui ad superioris  
 propensionem solummodo, non etiam iudicij  
 accommodarent; eos altero tantum pede  
 septa versari. Neque verò eiusmodi praecipua  
 tu explicabat ille, sed, quantum ei res & praecipua  
 ret, etiam factis. Medico quidem, quos agros  
 sto audientem praebat, ut eius monita praecipua  
 ceret, ac quodammodo prudentiam penitus  
 omnem suae salutis curam & sollicitudinem  
 icisse videretur. Cum stomacho grauissimum  
 aliquando, ex nimio videlicet hepatis calore  
 ximus; adhibitus medicus, quo domus co  
 batur adolecente nec peritissimo; frigida  
 stitutiōi causam illico tribuit. nec moram  
 cogitare potuit ad corpus & praecordia  
 scripsit. ac primum fenestras, foresque  
 afflaret aurae obserari diligenter iullis;

tem multa sub veste continere sese; postremo quàm calidissimo cibatu, & exiguo mero, sed quàm austerissimo refici. quæ omnia Ignatius licet sibi, non leuibus argumentis, minimè accommodata sentiret, ac medicum ipsum nec litteratissimum, neque exercitatissimum sciret esse; tamen ne cum extremo quidem vitæ periculo, contra eius edicta nihil vquam essatus est. Aestas erat summa: calores, vt in Vibe maximè ingenti stromarum pondere premebatur Ignatius: manabat è membris omnib⁹ tanta sudoris copia, vt culcitra ac vestes maderent; ac nihilominus ex præcepto se intra calida fomenta cohibebat: a grotus ardebat siti; nihil omnino poscebat: discruciebatur doloribus acerbissimis, nullam edebat vocem; si inquebatur animo interdum, neque tamen significabat; denique peruersa curatione cò adductus est; vt cū vltimum sibi discrimen adesse intelligeret, Societatis administratione Patribus delegata, aditu cubiculi domesticos prohiberet omnes, vno excepto valetudinarij curatore: atque id demum exstitit signum, desperata iam valetudine, se ad vitæ exitum comparantis. Itaque Patres in re tam subita consilio habito, cum non deessent qui medici præsertim iunioris placita reprehenderent; Alexandrum Petronium, ætate prouecta virum, & medicæ artis laude præstantem, ex templo acciri iubent. Is vt in specit Ignatium, genusque & ordinem adhibere medicinæ cognouit, per summam indignationem vociferatur, hominem calore necatum esse: pandi confestim fenestras & ostia; leuari stragulis lectum; frigidæ haustus affertim dari æstuantem imperat: quæ res prioris medici incertiam planè coarguit, siquidem refrigeratio hepate, ventriculi tormina quæ uere; & obedientiæ meritis Pater ausus, pristinam insuper valetudinem breui recepit. Rursus, cum ieiunia cineraria, seu Quadragesimam quamuis affecto corpusculo perseveranter nihilominus obseruasset; ipsa denique feria quarta sanctioris hebdomadæ, febris correptus est; nec dubitauit idem Alexander, quoniam id ex imbecillitate nimia proueniret; quo circa pulli gallinacci esum ad vesperam illi præscripsit, abijecit

que

que admodum incertus animi, vtrum Ignatius aliquo  
 tempore iussa facturus esset. redit deinde postquam  
 sollicitus, nū se refecit pullo. cum annuisset Ignatius  
 Fatebor, inquit Alexander, ingenue id quod est. Co-  
 plures non custodita solemnī abstinentia, abstinere  
 hoc triduo in morbum incidere. quibus ego cum acci-  
 situs, carniū cibati indixerim, vix agere que ad tempo-  
 trauī vt obtemperarent, propterea quod per hoc casu  
 nibus vesci, nimis graue piaculum ducerem. tu contra,  
 peracto iam pāne curriculo, ad ipsas metas non man-  
 tu non recusasti desistere hoc ego, later, fieri mēti  
 possum. Ad ea Ignatius serena fronte, que non ma-  
 quillitatem indicaret: Atqui obediendum est, iūta nec  
 plura in eam sententiam effatus est. quo responso  
 ficē delectatus Alexander, & sanctitatem vniuersi  
 gis que suspiciens, totam rei gesta seriem iustis  
 deinde narrauit. Atque ad sapientem hanc factam  
 stultitiam cœcā, vt ipse appellabat, obediētiam  
 essent ad subita ac seria promptiores, in credentibus  
 iam in rebus erudiebat. Sacerdos qui dān, adu  
 no, paratus ad sacrificium, & calicem tenens, car-  
 stuario pedem efferret, per nuntium ab Ignatius  
 rem ē propinquo obseruabat, repente iubetur ab  
 posito ornatu, pallium sumere prodeundi causa  
 ille sine tergiversatione, ac palliatus Patri coadun  
 paruit. Tum Ignatius quærit ex homine, in  
 sus, in procinctu iam ad immolandum, sub  
 sacra deponere vestimenta, remque diuinam  
 Cū ille, se, ne tātulum quidem esse commemorare  
 ret: Atqui me, scito (inquit Ignatius) non quod  
 sentia opus habeam, sed perichitan di tui obsequi  
 id fecisse de industria. & sic habet opus se  
 ferendo esse meritum, quā si id ipsum, vt de  
 illicō peregrissis: nam & si altaris mysterium  
 Deum est, quanti profectō est: tamen, vt  
 legimus, melior est obedientia quā victimā  
 dam etiam, cū maximē confessionē nobis  
 exciperet, consultō vocari ad se iussit. cū

Myfterio mox affuturum dixiffet: accerfit eum denuò: ac ipfe nihilominus contentis rogatu hæfit paululum, ac venienti demum Ignatius: Ita ne verò iterum, inquit, euocandus es: Et grauioribus verbis accepit hominem: non quò illius tum quidem opera egerit: fed obseruantiam & agilitatem experiri voluerat. Sic enim aiebat: cupere fe, quemadmodum cæteræ Deo dicatæ familia, ex instituto alia: paupertatem, alia: silentium, alia: psalmodiam, alia: denique aliud præcipuo studio coleret: fic in Societate nihil haberi prius aut potius alacritate amoreque parendi: & maxime proprium in figne noſtrorū hominum eſſe Obedientiam; quippe quæ, diuo Gregorio teſte, virtus vna, cæteras omnes animo virtutes inferat, inſcrtaſque cuſtodiat. Hiſce ergo artibus, & huiusmodi, ſubinde alumnos exercere conſuevit: vt ad quamlibet præfecti vocem, aut ſignificationem parati, vel inchoatam apicem in ſcribendo relinquerent: ſequè expeditos vbi opus eſſet, illicò ſiſterent.

*Paupertas eius, & caſtimonia. Cap. VIII.*



**V**OLUNTARIAM paupertatem (quam ille religionis murum appellabat) ad extremum uſque conſtantiffimè coluit; nec modò ipſe proprium habuit nihil, ſed ne alios quidem, quàm uis genere nobiles, ac delicijs olim aſuetos, quidquam habere permiffit.

Quinetiam quemquam è profefſa domo apud Germaniam, Romanum uel Collegium niſi admodum rarò & niſi de cauſſa prohibuit veſci: quò nimirum, ſi opus eſſet, iurare uerius poſſet, nihil omnino ad ipſam domum Collegiorū fruētibus perueniſſe. Pauperè autè ſpiritu ſibi denique aiebat uideri, qui erga ea quibus uteretur eſſet, quæ nullo pacto reſiſtit reſuſcitæ, quominò quis pretioſo amictu & cornatu còfeſtim exuatur. Caſtatis uerò laudè Dei beneficio tantà adeptus eſt, vt ex quo die ſeſe in beatæ Virginis fidè ac patrocinium còtulit

voto:



voto: nullam, ut initio dictum est, deinde quoniam  
 feruidus natura, carnis tyrannidem sentiens. Voto in  
 Societate nobilissimā hanc virtutem tantūmodo colli-  
 diri volebat, ut nihil omnino neque in dicitur corpore  
 factis lasciuum aut petulans appareret: ut quod fieri  
 posset, nostri caelestem vitam in terris agere, et omni  
 corporis contagione seiuncti. Quinetiam in huius Te-  
 rentium explicari (ni perurgatus esset, quamquam ap-  
 titimum Latinitatis auctorem, & Romae conuulsi-  
 cipem, vetuit nomina: im, quod eum videlicet  
 recundum ac parum pudicum arbitrarerent. Huius  
 tur ea lectione puerorum animos imbui, ut non me-  
 bus noceret, quam prodesset ingenijs. ex quibus  
 stimari potest, in ceteris rebus quam acer & quā  
 stros pudicitiae fuerit.

*Aequitas animi, & constantia eius.*

Cap. IX.



**D**VERSVS ea quae videtur  
 contra omnes varietates quae  
 santur, animo fuit semper  
 nunquam vel à statu natura  
 dignitate discederet. Roma  
 biles quosdam, ut solebat, de rebus diuini  
 ageret, instituto iam sermone, trepidus ab  
 us ei repente in aurem insusurrat, licet  
 supellestem à creditoribus immisos,  
 & euertere: vix ab eis impetratum  
 dum ipse tota de re certior fieret. His  
 Bene habet, inquit: & inchoatam dispu-  
 bili tranquillitate animi absoluit. Quere-  
 cis quid subitae rei accidisset. Noster, in-  
 ad necessariam adificationem aere alieno  
 praesentia soluendo non est. impatientes  
 res ad auferenda pignora ministerium  
 ij perturbare dicuntur omnia, sed me re  
 garetur  
 aucta  
 lus, com  
 annus  
 nam a  
 uci pa  
 pare ad  
 quāis e  
 de clarus  
 pes impr  
 an castri  
 popin  
 ppa, vel  
 zetri ni  
 mas qu  
 ue. Neq  
 mendis,  
 uctitate

nam strata si abstulerint, humi pro nostra paupertate  
 cubabimus. vnum vereor, ne inter tumultum, cōmenta-  
 rij de religione pereant, magna cura & labore confecti.  
 hos ego sanè velim saluos: cetera negligo. Tum ij qui  
 aederant, Patris patientiam admirati, facinus indignum  
 exclamant; domum nostram aduolant, prædesque pro  
 ignatio facti, satellitum proteruitatem magno cōitio  
 cohibent. neque ea res cuiquam amicorum fraudi fuit:  
 siquidem aureis ducentis ab Hispano doctore, cuius mo-  
 do meminimus, Hieronymo Arzio, & quidem quid ac-  
 cidisset ignaro, postera die submissis, nullo ipsorū incō-  
 modo æs alienum est persolutum. Suscepta negotia in  
 finem vsque perseveranter vrgebat; neque verò, quos si-  
 bi socios expeditionū assumpserat, torpere patiebatur.  
 Vbi necessarium iter, vel quid aliud grauioris momen-  
 ti destinasset in diē certam, præsertim si postularet occa-  
 sio, nulla vi tempestatis, aut alia quavis difficultate de-  
 terrebatur, quominus ad constitutum tempus cogitata  
 perficeret. In adeundis principibus vitis, quod ille neces-  
 sario & sæpe faciebat; cunctas aulae molestias, & indi-  
 gnitatem, & aulicorū contumaciā deliciasque vorabat  
 facientate mirabili. acciditque aliquando, vt aditu exclu-  
